2 A. gr. b. 6

Aelianus

Digitized by Google

<36622069060014 S
<36622069060014
Bayer. Staatsbibliothek 33

Digitized by Google

3.L. 5427.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΑΠΑΝΤΑ.

CLAVDII AELIANI

PRAENESTINI PONTIFICIS ET SOPHI-
ſtæ, qui Romæ ſub Imperatore Antonino
Pio vixit, Meligloſsus aut Meliphthongus
ab orationis ſuauitate cognominatus,
opera, quæ extant, omnia, Græcè
Latinéque è regione,

VTI VERSA HAC PAGINA COMMEMORANTVR: PAR-
tim nunc primùm edita, partim multò quàm antehac emendatio-
ra in utraque lingua, cura & opera *CONRADI*
GESNERI Tigurini.

HIS ACCEDIT INDEX ALPHABETICVS
copioſus in fine voluminis, & ab initio Capitum per ſin-
gulos libros enumeratio, &c.



Tiguri apud Geſneros fratres.

SVM. EX. BIBLIOTHECA. IOH. GEORGII. A. WER-
DENSTEIN. CANONICI. 1565.

1556

Digitized by Google

ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΙΖ.

DE ANIMALIVM NATVRA LIBRI XVII. PETRO GILlio Gallo & Conrado Geſnero Heluetio interpretibus, ad Græcos codices manuſcriptos recogniti, & tertia ferè parte ex ijſdem aucti.

Hi libri Græcè nunc primùm eduntur, ſuppeditatis codicibus ex Bibliothecis Auguſtanis, altera publica, altera illuſtris viri IOAN. IACOBI FVGGERI.

ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΒΙΒΛΙΑ ΙΔ.

VARIAE HISTORIAE LIBRI XIIII. IVSTO VVLteio Vuetterano interprete, diligenter recogniti.

ΠΕΡΙ ΣΤΡΑΤΗΓΙΚΩΝ ΤΑΞΕΩΝ ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

DE MILITARIBVS ORDINIBVS INSTITVENDIS MORE Græcorum Liber I. à Franciſco Robortello Vtinenſi in Latinum ſermonem verſus, & ab eodem picturis quàm plurimis illuſtratus. Adiecta eſt etiam Theodori Gazæ translatio.

Hic liber Græcè à Fran. Robortello primùm editus, nunc denuò emendatior prodit.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΑΓΡΟΙΚΙΚΑΙ.

EPISTOLAE RVSTICANAE SEBASTIAno Guldenbeckio Tigurino interprete.

Bayerische Staatsbibliothek MÜNCHEN

Digitized by Google

ILLVSTRI ET GENEROSO VIRO D. IOANNI IACOBO FVGGERO KIRCHBERGÆ ET VVEISSENHORNI Domino, &c. Domino & Mecœnati suo, Conradus Gesnerus S. D.

REDIT ad te Aelianus tuus, uir magnifice, non absq; fœnore. nam & Latinã interpretationem Petri Gillij Galli è regione adiunxi, eamq; ad Græci sermonis uim ac proprietatẽ emendaui: & quæ præteriuerat ille, hoc est terti am ferè aut quartã librorum de animalibus partem, ego nunc primùm Latina feci, & ad ordinẽ authoris, à quo Gillius longè discesserat, omnia reuocaui. Græca etiam animaliũ historia ante hoc tẽpus nõ publicata, ut q̃ casti gatissima prodiret, operã dedi: &, nisi fallor, si quis etiã curiosior & criticus, cũ partes orthographię omnes, tum sententiarũ distinctionẽ spectet, nõ multos ex Græcis hactenus editis libris, qui cum diligentia nostra cõferri mereantur, inue niet. Tuum aũt Aelianum dixi non immeritò: quoniã tu Græcum codicem manuscriptũ uetustissimũ ex publica amplissimæ ciuitatis uestræ Bibliotheca mihi impetrasti, & alterũ ex proprio librorũ tuorũ thesauro addidisti. quibus inter se collatis, & insuper Gillij translatione, qui alio in Gallia exẽplari usus est Græco, hos libros qua fieri potuit integritate damus. Et ne quid huius authoris studiosi homines desiderent, Variã quoq; historiã ipsius, iucundissimũ lectu opus, & de militaribus ordinib. more Grẽcorũ instituendis librũ, & Epistolia rustica, omnia Græcè Latineq; cõiunximus, ut omnia quæ huius extãt authoris in uno uolumine cõtinerentur. quanq̃ enim aliqui eiusdẽ de re nauali scriptũ alicubi latitare putãt: id tamẽ hactenus ubinã haberetur, nulla diligentia & inquisitione per Galliæ Italiæq; bibliothecas cõperire potuimus. Redeunti igitur ad te Aeliano tuo, iam integro, emendato, bilingui, publico, facilem ac benignũ te prębe, & in bibliothecã tuam ueluti hospitij iure admitte. Næ ille fuisset nimiũ ingratus, si apud aliũ quenquã mortaliũ, priùs aut potiùs quàm te patronũ, cuius beneficio quòd reuixit, quodq; publica iam luce fruitur, acceptũ refert, diuertere uoluisset. Nihil uerò ei mea uoluntas aut diligentia profuisset, nisi tu ægrum simul & captiuũ miseratus, iamiã periturũ (archetypo nimis obsoleto & euanidis passim exolescente literis, nouo aũt codice ab imperitis librarijs misere corrupto) ueluti carcere solutũ, nobis curandum reficiendumq; cõmisisses. Non est aũt ille te tanto hospite indignus, qui Neruę etiã & Adriano quondam summis imperatorib. familiaris fuit. Huius de animalibus libros à Petro Gillio Latinitate donatos, nostra memoria potentissimũ Gallorũ regem Franciscum grato & liberali animo accepisse cõstat. Tibi certè tanq̃ optimo maximoq; patrono, & seruatori, seipsum cliẽs debet Aelianus: eiusq; cõseruati nomine, tum ego in præsentia tibi gratias habeo ingentes, tum uiri eruditi ad longã usq; posteritatẽ habebũt perpetuó. Meretur sanè omnino laudari ab omnibus, & summa gratitudine coli honestissimũ illud institutum tuũ in optimis quibusq; literis ac disciplinis promouendis & illustrandis: quod cum alia nõ obscura testimonia declarãt, tũ locupletissima illa pulcherrimaq; *BIBLIOTHECA*, quã Græcis, Latinis, Hebraicis, Germanicis, optimis & antiquissimis quibusq;, pariterq; recentiorũ libris, tũ manuscriptis, tum publicatis, instruere & augere non cessas. Quamobrẽ meritò quandiu ullus literarũ & sapientiæ usus inter homines uigebit, magnificentiæ etiã tuæ, tantiq; librorũ thesauri liberalitate & prouidentia tua cõquisiti, conseruatiq;, memoria illustris & gloria simul durabũt. Indignus posteritatis fama Pisistratus tyrannide infamis erat: sed hic etiã quòd copiosam Athenis Bibliothecam extruxerit hodieq; doctorum præconijs celebratur.

lebratur. Hos libros deinde Xerxes in Persas asportauit, Seleucus uerò rex Nicanor cognomine reuehendos curauit. Eodem nomine famam Ptolemęi reges, conuectis undiq; innumeris libris, perennẽ sibi peperêre: imprimis uerò Philadelphus nobilissimam illam Bibliothecã construxit, quę ad bellum usq; Alexandrinum durauit. Eumenem Attali Bibliotheca Pergami condita nobilitat: Tyrannion Amisenus Romæ uoluminum supra triginta millia conquisiuit, ut refert Suidas. Inuenio & Epaphroditum triginta millia possedisse, Neronis libertum. Q. Serenus Samonicus sexaginta millia librorum, hoc est suam Bibliothecam Gordiano ex testamento reliquit. Omnia Aristotelis & Theophrasti uolumina ex Apelliconis Teij Bibliotheca Romam deportauit Sylla. Prædicatur & Plinij iunioris Nouocomensis Bibliotheca uarijs & antiquissimis referta libris: cuius instinctu Traianus imperator (apud quẽ in dignatione erat) eam erexit, quæ Vlpia dicta est. Eius exemplũ inde (ut uir diligens & eruditus Conradus Lycosthenes ex ueterum scriptis repetit) Gordianus imitatus, cum pluris faceret librorum quàm argenti atq; auri thesauros, Bibliothecam lxij. millibus antiquissimorum uoluminum aperuit. ad quorum omnium conseruationem mox Tacitus amplissimas diuitias erogauit. Pamphilus Cæsariensis presbyter tres ferè myriades uoluminum congessit. Ex Alexandri Hierosolymitani episcopi Bibliotheca Eusebius Cæsariensis ecclesiasticæ historiæ scribendæ materiam desumpsit. A. Gellius author est Alexandriæ millia uoluminum septingenta per milites combusta esse. Io. Zonaras refert Byzantij sub Zenone centum & uiginti librorum millia grauissimo incendio perijsse, quod & Malchus Byzantius sophista in historia sua, teste Suida, deplorat. Origenis ecclesiastici scriptoris librorum sex millia D. Hieronymus se legisse testatur. Asinius Pollio primus Romæ Bibliothecã in Herculis fano dedicauit. Polycrates quoq; Samius, Euclides Athenienſis, Nicocrates Cyprius, Euripides poëta, alijq; permulti tũ principes tũ priuati homines, cõquirendi ac recõdendi quàm plurimos libros studio clari, à posteris, quibus quantũ in se erat consultum uoluêre, celebrantur. Insignis est hodie Vaticana Romæ, Bessarionis Venetijs, Medicea Florentiæ, & in Gallia quam rex Franciscus instituit. Copiosam collegerat Budæ Matthias rex, quæ patrum nostrorum memoria, per immanem Turcorum impressionem dissipata est. Hæc uerò pluribus amplitudini tuæ enumero, Mecœnas optime & unicum literarum decus atq; præsidium, quò minùs dubites, te non modò uiuentem hanc mortalem uitam, apud omnes bonos & literatos homines, sed etiam defunctum à posteritate inter ueteres illos tam claros Bibliothecarum conditores ac instauratores, & quidem pleroſq; reges, magna cum gloria celebratum iri: idq; eò magis & iustiùs, quòd nostro seculo, eoq; ferè solus, aut certè in Germania omnium maximè, his præsertim temporibus, quibus ad sacras profanasq; literas renascentes instaurandas, ueterum scripta plurimum adferre momenti possunt, pulcherrimum utilissimumq;, imò necessarium, hoc studiũ suscepisti: quod ut per omnem uitam magis magisq; promouere pergas, omnes uiri boni & uel mediocriter eruditi optant: utq; id quàm diutissimè facias, uitam tibi longissimam fœliciſsimamq; à Deo uitæ & omnium bonorum unico fonte concedi, cõmunib. uotis & coniunctissimis animis precantur. Vale.

Tiguri Heluetiorum. VI. Cal. Maij. anno Sal. M. D. LVI.

Digitized by Google

DE PETRI GILLII INTERPRETATIONE & ordine scriptorum Aeliani de animalibus, &c.

PETRVS Gillius Gallus in sua Aeliani librorũ de animalibus interpretatione, cum de cognatis inter se animalibus simul agere, & in multis ordinem literarum, quæ nominibus singulorum initiales sunt, obseruare instituisset, non modò authoris ordinem neglexit, sed ne suum quidem persecutus est constanter. Nam & à serie literarum sæpe discessit, & animantes diuersorum generum non discreuit. Nihil autem necesse erat authoris ordinem immutari cum ipse in operis peroratione varietatis & iucunditatis gratia certum à se ordinem nullum esse institutum profiteatur. Interim tamen sæpe quæ duobus aut pluribus communia sunt animalibus, vel eodem in capite vel proximis coniunxit, non tam generis animalium, quàm naturæ & ingenij vel quomodocunque argumenti communis habita ratione. Hæc Gillius diuulsit, dum ea quæ ad vnum pertinent animal, sparsim ab Aeliano tradita, in vnum referre locum conatur. Ego in suum omnia ordinem reuocaui, ad duo manuscripta exemplaria Græca: vt & sibi suoque ordini qualicunque restituerem Aelianum, & Græca Latinis è regione responderent omnia: quod dum multo labore molior, & Latina Græcis compono atque confero, permulta à Gillio omissa nusquam inuenio: & contrà etiam multa, quæ Accessionis nomine vel ab ipso vel à librarijs omisso, ita legebantur tanquam Aeliani essent, cum in Græcis codicibus nostris non extarent: & ego ad alios authores ea pertinere, ex quibus Accessiones suas Gillius collegit, facile coniiciebam. Itaque plurima passim abieci, plurima expleui. Ordinem verò ne quis desideraret, indicem non animalium solum, sed etiam rerum variarum, & locorum plerunq; communium fieri curaui, vt facilia inuentu essent omnia. Ergo Aelianum nunc habemus integrum, cuius tam multa se omisisse miror cur dissimulârit Gillius, non modò leuiora quædam & παρεργα, sed multa sæpe integra capita, & animalium naturas. Quòd si omnia ab ipso relicta conferas ijs quæ transtulit, tertiam ferè aut saltem quartam operis de animalibus partem conficient. Sunt quæ negligentia quadam præterijsse videri potest, quod cum aliâs tum festinantibus accidit: alia verò nimia diligentia, & iudicij sui confidentia, quæ scilicet translata nihil aut parum vtilitatis habitura existimaret, vt sunt interdũ fabulosa quædam, cum alia, tum de bobus Aegyptijs sacris, Api, Mneui, Onubi, quæ tamen relicta non oportuerat, quòd etsi nihil per se prodessent, ad obscura tamen quædam veterum scriptorum loca intelligenda conferre possint: & ne curiosis hominibus desiderandi aut reprehendendi quicquam occasio detur. Nam qui minus curiosi sunt, ij quæ legere non placuerit, argumentis prodita, quæ singulis inscribuntur capitibus, facile præteribunt. Deniq; propter obscuritatem quædam intacta reliquit. Ego omnia ab eo conuersa, cum Græcis codicibus contuli, & emendaui passim, non omnia forte loca omnino, ea tamen ferè omnia quæ non emendata falsum aut alienũ sensum præ se tulissent. Sicubi dubitaui, ingenuè ignorantiã meam confessus, ea loca notaui, vt si codices meliores aliquando contingerent, si quæ deprauata sunt, facilius inde restituerentur. Sed hæc plerunq; eiusmodi sunt, vt non tam ad sententias & res ipsas, quàm orthographiam, syntaxin, aut aliam Græci sermonis proprietatem spectent, non magni sanè momenti, neq; remorari lectorem rebus intentum digna. Per margines si quid huiusmodi ex mea coniectura mutandum vel explicandum vel dubitandũ videbatur, simpliciter annotaui: vbi verò codices manuscripti variabãt, aduerbium, aliâs, adscripsi. Quòd si etiamnum relicta sunt quædam emendanda, si Græci libri castigatiores darentur, ea puto perpauca fuerint, et authoris sententiã ferè nihil immutatura. Capitũ argumenta in Græcis vt erant reliqui, Latina verò copiosiora feci, in libris de animalibus duntaxat. Contextũ verò Græcũ in omnibus, quod ad omnes orthographiæ partes, in literis, accentibus (cũ aliâs, tum encliticorũ) punctis et spiritibus, et sententiarũ distinctione, tanta diligentia illustrare sum conatus, ut doctissimis etiã ea in re satisfactũ confidam. Nam cum typographorũ maxima pars in Græcis excudendis negligentissimè se gerat, et pleriq; neq; archetypa satis emendari curent, neq; homines eruditos prælis præficiant, multi quod quid facto sit opus non intelligant, plures verò auaritia, libros deprauatissimos ædunt. His ego diligentia nostra veluti specimen quoddã exhibere volui, quales ab eis libros ædi oporteret: quod vtinã illi ita æmulentur, vt etiã superent, et omnẽ mihi laudem præripiant. Non solum

De ordine.

De notis marginum.

Capitum argumenta.

Cõtra typographorum negligentiam & auaritiam.

Digitized by Google

enim vinci me facile feram, sed etiam gratulabor cõmunibus studijs, si eam quæ approbari eruditis possit curam & sedulitatẽ, libris quàm emẽdatissimè imprimendis adhibuerint. O quoties nauseam et stomachũ mihi mouent auari illi, sordidi, et imperiti non chalcographi certè sed falsographi appellãdi, qui uel exemplaria ut acceperũt, corruptissima (librariorũ inscitia) euulgant, vel ipsi etiã magis corrumpunt: quod cum frequenter in Latinis accidit, tum in Græcis frequentissimé. Poterant illi et debebant vnius hominis eruditi labore liberaliter (aut saltẽ non sordidè) conducto omniũ illorũ qui libros ab eis excusos lecturi essent, labori parcere, et ut libros istos bene castigatos, maiori cum voluptate faciliusq; ac vtilius legerent, efficere. quod cum non faciant, digni sunt, non modò iusta bonorũ et doctorum hominũ reprehensione, sed etiam (quod eis imprecor) vt tarda minimeq; lucrosa librorũ eis distractio eueniat. Sed longiùs ab instituto rapior. An per capita ipse Aelianus suos libros diuiserit, an alius quispiam, non habeo quod affirmẽ. ego vt in vetustissimo codice manuscripto, capitũ numeros et argumenta reperi, ita curaui describenda, in libris de animalib. In Varia historia numeri à nobis adiecti sunt, & quæ priùs erant argumenta capitũ nomine inscripta, exemplar (quod impressum tantum habuimus) nõ habebat: quod ideo factũ est, vt Opus totũ sibi simile esset, et Index secundum libros et capita, vt in animalib. ita hîc etiã conficeretur. Libri quidẽ de militaribus ordinibus capita Aelianus ipse mox à præfatione ad Adrianũ se posuisse scribit, quæ cũ in Robortelli et Gazæ editione nulla habeantur, ipse distinxi, et argumentis illustraui: non tamen eo in loco enumeraui cõiuncta, sed ab initio totius voluminis, post præcedentiũ librorũ capita. Sic et Plinius ad Vespasianũ præfatus in historiã de natura, Quia occupationib. (inquit) tuis publico bono parcendũ erat, quid singulis cõtineatur libris huic epistolæ subiunxi: summaq; cura, ne perlegendos eos haberes, operã dedi. Tu per hoc et alijs præstabis ne perlegant: sed vt quisq; desiderauerit aliquid, id tantũ quærat, et sciat quo loco inueniat. Hoc ante me fecit in literis Valerius Soranus, in libris quos Επο[illegible]ων inscripsit. In Animaliũ tamen et Varia historia Aelianus, an ipse distinxerit & inscripserit capita, dubitari potest: cũ et argumenta in capitibus proximis, vt nunc sunt distincta, interdũ planè cohæreãt: & ipsa etiã dictionis ratio alicubi, non capitis noui initiũ fieri, sed cum præcedente cõtinuari sermonẽ loquatur. nam et alibi plures eiusdem argumenti historiæ in vnũ caput rectè sunt coniunctæ. Vtcunq; est, sic esse diuisum librum nõ inutile fuerit.. Porrò si quis Accessiones illas Gillij, quibus suã de animalib. Aeliani interpretationẽ locupletârat, à nobis esse prætermissas reprehendat: illi responderi, Aeliani tantũ nos integrũ dare instituisse, nõ admiscere aliena. nã et hoc satis laboriosum nobis fuit, et authores illi ex quibus suas Gillius Accessiones cõcinnauit, passim extant, videlicet Oppianus, Aristoteles, Nicander, Athenæus. Nã Heliodorũ et Porphyriũ ab eo authoribus iam dictis adnumerari miror, cũ nihil illi de animalib. ex professo, sed obiter quædã tradiderint, (vt in volumine de abstinendo ab animatis Porphyrius, et in Aethiopica historia semel aut iterũ aliquid Heliodorus) nouũ tamen et suũ, quod meminerim, nihil. Verùm nos et hæc omnia quæ iam dicti authores de animalib. prodiderũt, et si quid aliud vel aliunde vel de suo Gill. addidit, in nostris Animaliũ historiæ libris cõplexi sumus. Hæc de Petri Gillij translatione et Accessionib. optimi sanè et doctissimi viri, cuius ego olim humanitatẽ Venetijs sum expertus. Atq; vtinã illũ fata nobis superstitẽ vel breue adhuc tempus reliquissent: donec peregrinationũ suarũ, quas in diuersis et longinquis regionib. nõ solùm Europæ, sed etiã Africæ Asiæq;, vt audio, sustinuit, historiã, et varias circa omne genus animaliũ nomenclaturas, naturasq;, et alias rarissimas obseruationes suas, in lucẽ edere potuisset. Frustra Rondeletius, Breui (inquit) futurũ spero vt Pet. Gill. vir doctissimus, et in omniũ rerũ cognitu dignissimarũ peruesligatione diligentissimus, non solũ pisces, sed alia permulta quæ vidit in Græcia, Aegypto, Syria, Perside studiosis spectanda proponat. Frustra, inquã, quoniã captus aliquãdo à piratis, si vera est fama, spoliatusq; et redẽptus, paulò pòst quàm reuersus est Romã, ante annũ vnũ aut alterũ quàm hæc scriberẽ, diem supremũ obijt: nec audio hactenus vllæ ne obseruationes eius aut lucubrationes supersint: et fortè si quæ fuerũt ab hominib. ambitiosis subtractæ sunt, quos aliena pro suis usurpare, dum gloriã sibi aucupentur, nõ pudet. Variæ historiæ libros xiiij. Iustus Vulteius vir et eruditione rara, et modestia singulari nobilis, et summus amicus meus, ante annos aliquot à se trãslatos ediderat: nunc verò à me rogatus vt ad græcũ codicẽ recognosceret, ac emendaret

Rursus de capitibus.

Petri Gillij Accessiones.

P. Gillij laudes

De libris Variorum.

si quid

ſi quid videretur, reſcripſit ſe in præſentia et rebus alijs occupatũ eſſe, et ad manus nõ habere libros ad eã rem neceſſarios. quamobrẽ ego ipſius hortatu, hunc laborẽ ſubij, et totã eius tranſlationẽ ad Græcũ exemplar recognoui, et mutaui quædã, quæ ipſe iam ætate et doctrina prouectior, ſi aggredi voluiſſet, feliciùs fortè præſtiturus fuiſſet. De militaribus ordinib. librum F. Robortell. Vtinenſis incõparabilis doctrinæ vir Latinũ fecit, neq; nos in eo mutauimus quicquã in contextu, præter numeros quoſdã à librarijs (vt ſuſpicor) deprauatos: per margines verò quædã annotauimus in Græcis atq; Latinis. et Theod. Gazæ trãslationẽ quoq; adiunximus, quod etiã Robortell. in ſua editione fecit, vt ſi quis alicubi dubitaret, cõferre poſſet. Epiſtolas ruſticas Sebaſt. Guldebeck ciuis noſter nunc primũ conuertit, vir vtriuſq; linguæ cognitione eximia præclarus, et iudicio in literis acerrimo præditus: qui deſcribendis etiã conferendisq; huius authoris de animalib. libris ex intricatiſſimo et literis ſæpe exoleto codice (vnde vix alius quiſquã extricare ſe potuiſſet) operam egregiã nobis, imò ſtudioſis omnibus, nauauit.

Liber de militaribus ordinibus.

Epiſtolæ

DE VI EXEMPLORVM, QVAE IN ANIMALIBVS BRVtis Homini, tum in bonis moribus & actionibus, imitandi: tum in malis, declinandi gratia, proponuntur. Et quòd Aelianus præ cæteris, qui Animantium hiſtoriam tradidêre, ſcriptoribus, ad hominum mores eam accommodârit.

EST ſanè in Aeliani de animalibus libro, temperamentum quoddam & harmonia vtriuſque philoſophiæ, moralis inquam, & naturalis. Ab animantium enim natura, moribus, actionibus, paſſim hominum mores vitamq; redarguit & emendat. Inter cætera autem argumenta exemplis maximè mouentur homines, magisq; ijs quæ à minori ad maius trahuntur, quibus illa etiam quæ ab animalibus ad homines ducuntur, adnumeranda ſunt. Sic enim plerunque Aelianus noſter ratiocinatur: Si expertes rationis animantes hanc aut illam prudentiæ, iuſtitiæ, gratitudinis, temperantiæ, fortitudinis, aut alterius cuiuſpiam virtutis partem exercent: ſi œconomiæ, ſi reipub. ſpeciem atq; ordinem obſeruant, quanto magis & iuſtius ab homine eadem fieri ſeruarique oportebat, ratione prædito animali? Si bruta quædam, intemperantia, libidine, & alijs ſceleribus abhorrẽt: homines iiſdem contaminati, certè brutis pleriſque deteriores existimari debent, & ipſis beſtiarum nominibus appellari, vt meritò dicantur porci, aſini, vrſi, pantheræ. Tolerabiliùs minusque animos commoturum erat, hominem conferri homini, & mutua ſui generis comparatione exemplisque ad amplexandam virtutem & fugiendam improbitatem incitari: at facta cum brutis collatione, in multis hæc nobis præſtare, nos pleriſque deteriores eſſe, vt prorſus intolerabile & indignum, ita vehementiſſimum adhortandi increpandiq; genus eſt. Nam feræ immani, ſtupidæ, malignæ, aut quouis modo improbiſſimæ ſimilis, aut etiam peior, ſi quis dicatur: liberalioribus verò, & ad hanc aut illam virtutem melius comparatis longè inferior, quis non permoueatur? Quis inde non intra ſe deſcendat, ac ſuæ naturæ peruerſionem, animique contemplatus metamorphoſin, imò metempſychoſin, & ſuam exoſus deteſtatusq; deformitatem atque corruptionem, à vitijs abhorrere, & ad priſtinam illam Dei (ad quam conditus eſt) imaginem conuerſum ſe, aſſertumq; velut à ſeruitute cupiat? ſi modo adhuc homo ſit, neque totus in illarum, quibus confertur, beſtiarum, naturam tranſierit. Sic Dominus & aſſertor noſter Chriſtus phariſæos Matth. 3. & 12. γεννήματα ἐχιδνῶν, hoc eſt ſobolem ſeu catulos viperarum appellat. Et Euripides mulierum improbitatem Echidnis, id eſt viperis fœminis comparat. Δεινὸν δ' ἐρωτᾶν τὴν ἀγρίων Ἀκταῖσι θεὸν κατασπάσαι τινα, Ἃ δ' ἔστ' ἐχίδνης καὶ πυρὸς πικρώτερα, Οὐδεὶς γυναικὸς φάρμακ' ἐξευρὼν πω Κακῆς, τοσοῦτον ἀνθρώποις κακόν. Eſaias ab initio ſuæ prophetiæ, Agnoſcit (inquit) bos poſſeſſorem ſuum & aſinus præſepe dominorum ſuorum: Iſrael verò [dominum ſuum] non cognouit, nec intelligentia complexus eſt. adeò mortales Domini Dei noſtri, & omnis erga illum officij, ac patriæ cœleſtis, corporum libidines & cupiditates ſequuti, vt Homerici illi Lotophagi obliuiſcimur. Simonides apud Ioann. Stobæum in Vituperio mulierum, improbarum mulierum alias alijs animalibus progenitas fabulatur, vulpe, ſue, cane, aſina,

equa, hoc est nihilo illis bestijs meliores. Sed ille forsan peculiari aliquo aduersus mulieres affectu ducebatur: vitia interim illa eis exprobrans, à quibus plurimi etiam viri non absunt. Agno et columbæ Dominus noster Christus cõfertur, omnibus pij, hircis (ἐρίφοις, Matth. 25.) impij. Multiplici bestiæ in Apoc. cap. 13. diui Ioan. quarta monarchia, denis horridæ cornibus, specie pantherina, victu tamen leonino, pedibus vrsinis, describitur similis. vt et apud Danielem priùs, bestia seu monarchia prima leoni, secũda vrso, tertia pardali cõparatur. quarta simpliciter terribilis bestia nominatur: ex omnibus nimirũ præcedentibus cõposita, ne quid ei malorum deesset. Verùm hæc et innumera huiusmodi in sacris literis, similitudines et comparationes sunt, non exempla: ad quæ illæ ita se habent, vt genus ad species. Sic porcos in mare præcipites dare permittitur dæmoni à Domino, vt ea tum historia tum similitudine admoneantur mortales, omnes qui brutã huiusmodi porcorum instar vitam degant, ventri & libidinibus mancipati, dæmonum arbitrio, à quibus exagitati in abyssum perditionis ruituri sint, permissum iri. Sed, vt reuertar ad institutũ, exempla quæ ab hominibus ad homines duci possunt, multi ex professo scripserunt, vt inter veteres Valerius Maximus præcipuè: inter recentiores Sabellicus, Fulgosius, Egnatius, Io. Rauisius Textor. Ab animalibus verò brutis ad homines accommodata exempla et documenta, nemo ferè, nisi paucis, obiter, sparsim: solus hoc tanquã ex professo sæpe ac studiose facit Aelianus, vt meritò etiam ipse, nec postremo, inter exemplorum scriptores, loco, numerari debeat. Hoc tantũ interest, quòd illi locos cõmunes quosdam, et argumenti similitudinem sibi proposuerunt: hic vt quodq; primum se obtulit, ita literis plerunque mandauit. Si quis tamen plura ad idem argumentum desideret, ad eam rem adhibere adiectum in fine operis indicem poterit. Moses tradidit Deum mundi authorem lapideis tabulis decem præcepta, hoc est perfectissimas omnis humani officij leges, digito suo inscripsisse. sed etiam ante illas ita consignatas, non caruerat lege humanũ genus: cum illa diuinitus in animis hominum impressa esset, ad Dei scilicet imaginem factis, & hoc veluti charactère insignitis. Itaque illam passim boni & sapientes viri prædicabant, inculcabantq; populo. Existimandum est autem maiestatis ac voluntatis diuinæ vestigia indiciaque circa bonum & malum, non solùm in mente humana esse scripta, sed vbique in vniuerso mundo & tota rerũ natura, digito, hoc est vi et sapientia Dei omnipotentis, quibus ita ad res conficiendas, vt nos digitis, vtitur: vt nunquã non ad eas tanquam speculum aliquod respicerent homines, & exolescentem aut deficientem intra se hanc scripturam subinde renouarent. Nam vt viri copiosi, ac prudentes circa rem familiarem, nihil domi suæ vacuum esse volunt, sed omnia tum ad suos, tum familiæ vsus, domusq; ornatum, supellectile varia, operibus intestinis & instrumentis egregiè instructa: vt natura corporum, nihil vsquam inane aut vacuum patitur, sed replet omnia, si non crassis & quæ contrectare possis, subtilissimis tamen corporibus, ita vt nihil in tota hac corporea mundi machina sit, vel elementorum vel constantium inde corporum expers: Sic Deus quoque non suam modò illam supremam aulam, & natura superiorem mundum, quibus ipse voluit rebus atque substantijs, copiosissimè ornauit atque impleuit: sed cum ab hominibus etiam in hoc inferiore mundo tanquam altera suæ familiæ parte, agnosci, coli & amari vellet, passim per naturam, veluti alteram manum suam, aut digitum alterum, suæ maiestatis, potentiæ, sapientiæ, bonitatis, denique voluntatis suæ argumenta ceu picta delineauit. in cœlo quidem & lucidissimis syderum corporibus, eorumque vicibus, & motibus admirandis ac ornatissimis, ad contemplationem agnitionemque ipsius, & cultum præcipuè: itemque in cæteris quæ anima carent corporibus, tum elementis, tum alijs quæ ex ipsis constant. in animalibus verò, quæ propter sensum & notionem semper aliquid agunt, non illa tantum, sed etiam actionum nostrarum exempla nobis exhibuit, eaque tum bona, tum mala, omnia tamen ad bonum finem. non enim mali authorem Deum fecerim: & malum illud non est, quod vitandi gratia proponitur. neque enim mali natura agnosceretur, nisi alicubi appareret: & nisi nosceretur, cauerì aut curari non posset. quamobrem Deus illam in animalibus quibusdam ostendit: vt in aspide, basilisco, & alijs venenatissimis feris naturam dæmonum, qui non possunt non mali esse, & tota natura perpetuo omnimodam generis humani perniciem appetunt. similiter leo, lupus, & eiusmodi feræ, cum vrget fames,

Matth. 8.

Rursus de exẽplis ab animalibus.

Exemplorum scriptores.

Aelianus.

Index.

&

& esurie incitantur, rugiunt, insaniunt, non possunt non proximum quodq; animal inuadere, laniare. Sic, vt Hesiodus canit, natura ferarum est, Ἔδεειν ἀλλήλους: ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐπ' αὐτοῖς, (ἰχθύσι, καὶ θηρσι, καὶ οἰωνοῖς.) vorant igitur se mutuò (aut alias potius animantes, genere specie ue diuersas aliæ, cum homo in suum ipse genus sæuiat) pisces plurimi, aues rapaces, feræ, & animantium illæ quæ ad rapinas crudelitatemq;, appositas partes, ac veluti arma acceperunt: dentes serratos, validos, acutos, prominentes: vngues aduncos, mucronatos: & similia eis rostra, vngulas, cornua. Sic igitur Deus in hisce animalibus nobis ostendere, quid qualeq; malum esset noluit: vt Lacedæmonij suis liberis in seruis ebrietatem, ut turpitudine illorum conspecta, ipsi ab hoc vitio abstinerent. Sed horum ego factum non laudo, qui seruos, tanquã bestias quasdam ducebant, non reputantes, hos quoque non minus quàm ingenuos Deo curæ esse: nec minùs in his corrumpendis, quàm illis committi scelus, cum vnus omnium eadem ratione pater ἀπροσωπολήπτως in cœlis sit. In bestijs igitur feris & planè brutis nonnullus malitiæ scelerumq; turpitudinem Deus nobis declarauit, ne qualis esset ignoraremus. neque hoc illis animalibus nocet ita esse facta, cum non iudicio & ratione, sed natura sua eiusmodi sint: animam enim mortalem habent. quamobrem neque præmio afficiuntur eadem suæ causa probitatis aut virtutis, si hoc eis nomen attribui potest. At homines probi, qui ratione, & boni maliq; discernendi iudicio à Deo donati sunt, si quod bonum est amẽt ac deligant: hoc est, Deũ imprimis ea quæ oportet vnica via per Christum syncera fide, toto animo complectantur: deinde bonis et honestis moribus actionibusq; eandem passim erga omnes testentur atq; declarẽt: illi quoniam anima immortali fruuntur, præmijs à Deo non solùm in hac vita caducis, sed postea quoq; æterno per eius gratiã potientur. Aegyptij cum in alijs animalibus virtutũ, in alijs scelerum, exposita viderent exempla, illa ex eis adorare et colere, hæc odisse ac detestari voluerunt, hoc stultè, illud impiè. non enim honor is qui præceptori debetur à discipulo, conferendus est in literas quas ille præscripserit. sed præceptorem colere oportet, literas imitari, hoc est præceptoris doctrinã in literis. ita Deum etiam creatorem adorare solum: in creaturis verò, cũ cæteris, tum hominibus sanctis imaginem eius propiùs referentibus, bonitatẽ authoris admirari, laudare, imitari: vt, quoad fieri potest, ad summam patris nostri cœlestis, ad quam D. Christus nos hortatur, perfectionem eniteamur. Iccirco enim rationis et iudicij vim veluti alas hominis animæ adiunxit Deus, ut nusquam inferiùs consistere et quiescere habeat necesse, sed altiùs semper euehatur, nec alibi quàm in summo acquiescat fastigio. Sic in montib. ibices et capræ feræ, suam scandendi ac saliendi, quã acceperunt à natura vim, non negligunt, nec in vallibus aut pedibus aut latertibus montium, sed uerticibus tantum et excelsissimis iugis versari et conquiescere gaudent. Literarum igitur loco omnem rerũ vniuersitatem, sine vlla exceptione, quæ ali quando incepit, habeamus: solùm verò principiũ omnium, hoc est Deum et Christum nostrũ, verbum & sapientiam Dei, præceptoris, domini & magistri loco. Cæterùm hic etiam discrimen adhiberi conuenit. Nempe vt literarum aliæ vocales sunt, aliæ semiuocales, aliæ mutæ. sic ex diuinis illis quasi literis, hoc est Dei creaturis, aliæ sunt vocales, vt homines præcipuè sancti, qui de Deo & rebus diuinis alios subinde tum sermone tum vita docent: aliæ semiuocales, vt animalia: aliæ mutæ, vt cæteræ creaturæ, quæ non animæ, sed naturæ tantùm regantur & subsistunt. Cum igitur omnes creaturæ characteres quidam diuini sint, & nusquam omnino diuinitatis vestigia desint, Μεσαὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί, Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγορηὶ, μεστὴ δὲ θάλασσα, Καὶ λιμένες. & ex Deo omnia, Ἀφ' ἑσπερίδων τ' ἐλάσσητε, καὶ αὐγὰς, ἠδὲ γωαῖκες, Θῆρές τ', οἰωνοί τε, καὶ ὑδατοθρέμμενες ἰχθῦς. hæc cum ita se habeant, non est metuendum ne humilior videatur oratio futura, in qua bestiarum mentio fiet: à quarum vita, moribus & actionibus, exempla & similitudines mutuantur & ad hominem transferunt, non prophanæ modò literæ, poetæ sapientissimi, oratores grauissimi: sed etiam sacræ, & in ijs prophetæ, apostoli, Christus ipse. Imò etiam fabulas quidam de animalibus aliisque rebus confictas non temere nec ineptè vsurparunt: multi à mutis & inanimatis rebus similitudines rectè & feliciter desumpserunt. & nos à corporibus animatis easdem ducere dubitabimus? atqui illa ad hominis naturam omnium proximè in hoc mundo elementari accedunt: & in hoc etiam superant: quoniam homines temerarij non diuinas solum leges, sed etiam naturales aliquando violant:

bestiæ

beſtiæ verò, quas cõmunis natura leges ipſarũ ſiue animis ſiue ſenſibus et notitijs inſcripſit, obſeruant perpetuò ratas & immobiles. Itaq; optimus et naturalis orator dici merebitur, qui argumenta non tam inuenerit ipſe, aut confinxerit, quàm ab ipſa natura, optima et cõmuni animantiũ et hominum quoq; genitrice atq; nutrice, deprompſerit, et ex eius tanquã copioſiſſimo penu mutuatus fuerit. Nam cum vbiq; ars imitetur naturã, eaq; perfectior nuſquã ſit quàm in animalibus, quid ni multa ab ijs ſubinde ad docendũ argumenta ſumamus? Quid ni hominem cohortemur ad agendũ aliquid prudenter, callidè, temperanter, prouidè, fortiter, hilariter, iuſtè, piè? quòd in ſimilibus rebus, canes, vulpes, ſerpentes, columbæ, ciconiæ, grues, apiculæ, formicæ, cicadæ, equi, leones, gallinacei, coturnices, & aliæ innumeræ animantes naturæ inſtinctu, ſimiliter ſe gerant. Certè axiomata pleraq; de virtutibus ac vitijs, de iure naturali, deq; omni officio hominis, quæ animis noſtris inſita ſunt, et fixa certaq; apud omnes habẽtur, natura in brutis animalibus nobis approbat, explicat, declarat. Multa ſunt animalia peregrina, quæ ſua raritate poſſunt admirationẽ excitare, et oblectare audientes quippiã de ipſorum natura referri. multa domeſtica quidem & familiaria nobis, ſed magnitudine, aut robore, aut alia dote corporis ingenij úe pollent. nõnulla propter ipſam paruitatẽ plus admirationis merentur, vt apiculæ, formiculæ, quòd in tantillis tanta natura & animæ ac notitiarũ vis cluceſcat: tanquam id ſtuduerit ambitioſiùs natura, quod aliquando artifices ſolent, vt in minima materia vim & ſapientiam maximam oſtentaret, & admirationem vis tanta adeò coniunctæ et vnitæ augeret. Sed hæc hactenus. nam de multiplici, quæ ex Animalium hiſtoria percipi poſſit vtilitate, plura dixi in præfationibus noſtrorum De animalibus librorum.

AELIANI VITA EX PHILOSTRATO.

AElianus quamuis genere Romanus, non minus eleganter tamẽ Græcè quàm vel mediterranei Athenienſes locutus eſt. Et ſanè laude dignus vir ille mihi videtur: primùm, quòd cum habitaret in vrbe, quæ ſermone prorſus diuerſo vtebatur, Græcæ linguæ puritatem ſit conſecutus. deinde quòd oblato ſibi (ab ijs qui huiuſmodi titulos conferre ſolent) ſophiſtæ nomine, nullam de ſe fiduciam aut adulationem ſui, aut ſuperbiam, ex tanti nominis honore conceperit. Quin potiùs cum ſuas ipſe vires trutinaſſet, easq; declamatoriæ palæſtræ impares iudicaſſet, ad condenda & relinquenda ſui ingenij monumenta ſe contulit, & admirationem inde conſequutus eſt. Dictio eius ita eſt pura, vt ſimplex pariter & inaffectata ſit, & Nicoſtrati elegantiæ quoddam ceu condimentum adhibeat. Eſt quando Dionem, eiusque dicendi genus & tonum imitatur. Hunc olim Lemnius Philoſtratus librum indignanter & concitatè lectitantem reperit. & cum inſtituti eius rationem quæreret, Gynnidis (hoc eſt effœminati hominis) accuſationem à ſe conſcriptam dixit. ſic autem vocare ſe tyrannum, qui paulò antè Romano imperio infamiæ labem morum turpitudine inuſſiſſet. Cui Philoſtratus, Admirarer (inquit) ſi viuentem accuſaſſes. Siquidem contra viuentem tyrannum aliquid moliri, viri opus cenſeo: functum verò fato laceſſere, cuiuſuis. Prædicabat de ſe Aelianus nunquam ſe fines Italiæ egreſſum: nauem nunquam inſcendiſſe, neque nouiſſe mare. Quare in magna erat auctoritate, veluti patrij moris ſtudioſe obſeruans. Docentem audiuit Pauſaniam. Herodem verò tanquam ſcitiſſimum & vario ſermonis artificio præſtantiſſimum inter rhetores admiratus eſt. Viuendo annum ſexageſimum exceſſit, & ſine liberis defunctus eſt, cum neq; matrimonium neq; procreationem prolis approbaſſet. quod quidem fœlicius an miſerius ſit, diſceptare nunc tempeſtiuum non eſt.

E SVIDA.

AElianus Prænesle in Italia natus, pontifex & ſophiſta, prænomine Claudius, cognominatus verò Meliglosſus vel Meliphthongus, poſt Adriani tempora Romæ Rhetoricam profeſſus eſt.

Sophiſtæ nomen.

Sophiſtæ nomen primum philoſophis datum eſt, deinde ad pſeudophiloſophos, cauillatores & dialecticarum argutiarum peritos peruenit: inde ad rhetores & declamatores. Et Aeliani quidem tempore non ignobile nec inhoneſtum fuit. nam & Fl. Philoſtratus, vt

iam

iam recensui, in Aeliani vita magnum fuisse sophistæ nomen scribit, & ad Antoninum ita præfatur: Τὰς γὰρ λόξα τῶ φιλοσοφῆσαι σοφιστεύσαντας, καὶ οὐ ὕστω λυρίως πεσφυέντας σοφισὰς, δύο βίβλους ἀνέγραψά σοι. *Plura leges in præfatione eiusdem operis, cui ea principium eius & finem, de sophistice & sophistis.*

VNVM AELIANVM, OMNIVM QVOS IN HOC uolumine cõiunximus librorũ, authorẽ esse. Et obiter quædã de hoc scriptore, eiúsque scriptis & nominibus.

VDIO viros quosdam eruditos in ea esse sententia, vt non vnum esse Aelianum librorum De animalibus, Variæ historiæ, & De ordinibus militaribus conditorem, sed duos aut tres diuersos existiment: & falsum esse Suidam qui eos in vnum confuderit: & sophistam illum Aelianum, cuius meminit Philostratus, alium esse ab eo qui animalium historiam scripsit. Argumenta quibus id approbent nulla adhuc accepi, (neque enim literis id euulgarunt,) nisi quod orationem variæ historiæ nimium inquiunt esse popularem, & grauitate à reliquis eiusdem authoris operibus multum discedere, atque inde authorem esse diuersum colligunt. His ego modestè meas rationes cur vnum potiùs quàm duos aut tres horum librorum omnium scriptorem esse persuasus sim, explicabo: quibus ipsi verisimiliores si me docuerint, facilè concedam. Ex stilo quidem, vt diuersum esse admittam, (etsi multa inuenio similia, & in Varijs etiam non paucas tum eleganter tum copiosè scriptas historias, vbi eas excolere & perficere voluit) non efficax argumentum duci potest, quo author esse diuersus conficiatur. Nam & olim & hodie eiusdem scriptoris, ætate diuersa, stilus quoq; differt: te vel argumẽti ratione, vel propositi diligentiáq; plus aut minus adhibita, variat. Aelianum Philostratus tradit annũ sexagesimum excessisse: in qua ætate si aliter quàm inuenis scripsit, mirum non est, præsertim homo in Italia natus, cui Græca lingua paulatim discenda fuit. Libros de animalibus ab eo vt instituerat perfectos constat cum aliàs, tum quod prologum etiã et epilogum habeant. Variam historiam imperfectam dixerim, non modò quòd ijsdem careat: sed quia passim ὅτι coniunctione vtitur, simplicius breuiusq; aliquid memorãs, et veluti sibi tantum annotans, per otiũ posteà elegantiùs copiosiusq; descripturus. Sic author Epitomes in Stranonẽ, & alij vbi breuiter aliquid cõprehendunt, & capitũ argumenta indicãt, hac cõiunctione vtuntur. In opere aũt imperfecto stilus idẽ desiderãdus non est. Quod si diuersi sunt horũ quos cõiunximus librorũ authores, cur neq; veterũ quisquã (quod equidẽ sciã) neq, recentiorũ, diuersorũ meminit, sed vnius omnes Aeliani? Quid quod ferè similis est tractatio, quòd ad capitũ diuisionẽ, omniũ ipsius operũ, nã et Tactica ad Adrianũ ipse in capita se partitũ testatur, et argumenta præposuisse: quæ tamẽ Robortellus in codice manu scripto non reperisse ait, & Gaza quoq; in sua translatione omisit: nos Græcè Latineq; de nouo addidimus. In libris vero de animalib. capitum diuisiones cũ argumẽtis vt in antiquissimo codice reperi Græcè, ita dedi: sicut et in Varia historia, vt in impresso prius Venetijs: etsi in neutro istorũ operũ author huius diuisionis meminerit. In vtroq; etiã varietatẽ, nullo ordine aut argumento certo sequitur: In Varijs etiã subinde quædã de animaliũ natura admiscet, et nõnulla eadẽ (si bene memini) quæ in Animaliũ libris scribit. Camill. Perusc̃us vir eruditus, qui Historiã variã Græcè edidit Romæ primus, ad diuersa exẽplaria collatã, non dubitat eundẽ hunc esse Aelianũ, et illũ cuius Philostrat. ac Suid. meminerũt. Omniũ quidẽ librorũ tituli, manuscripti et impressi, simpliciter habẽt Aeliani, in titulo tamẽ operis de re nauali gentile additur Prænestini, et Suid. etiã Prænestinũ fuisse scribit, cũ ipse in Varijs nõ semel Romanũ se esse scribat, et Philostrat. quoq; Romanũ faciat. sed hæc inter se nõ aduersantur. Prænestẽ natũ credi derim, Romæ postea vixisse, et ciuẽ fuisse Romanũ. Scribit etiã Suid. eũ σοφιστεῦσαι ἐν Ῥώμῃ, hoc est declamasse, uel Rhetoricã docuisse Romæ. Sophisticus quidẽ et declamatorius stilus passim in eius scriptis apparet, elegans ille quidem & citra affectationem elaboratus, multò autem Demosthenis & veterum Græciæ oratorum grauitate inferior, quod & doctissimo viro Hieronymo Vuolphio videtur. De re nauali librum alicubi extare quidam putant: sed qui legerit aut viderit hactenus audiui neminem. is forte fuerit, cuius Aelianus ipse in Tact. mentionem facit, his verbis: De acie in naualibus prælijs instruenda dicemus postea. Iam cum Tactica ad Adrianum scripserit, & Romæ eum docuisse post Adrianum Suidas referat,

& Philostratus Herodis (quem Aelianus audiuit) patrem Atticum sub Nerua imperatore vixisse scribat. temporum quoque ratio congruit. Nam Neruam etiam Aelianus in Tacticis se conueniisse olim testatur. Aeliani nomen Latinis vsitatum fuisse coniicio, (nam & consules quosdam sic nominatos legi, & Suidas meminit Aeliani cuiusdam egregij ducis sub Valente) ab Aelio prænomine olim in vsu Romanis deductum, vt à Claudio & Valerio, Claudianus & valerianus. Porrò Claudij prænomen honoris gratia ei additum puto, nam quod Suidas scribit, ὁ χρηματίσας Κλαυδίου, Claudius cognominatus vel prænominatus, interpretor. Docent Grammatici χρηματίζειν inter cætera significare etiam nuncupari vel nominari, & ita accipi à Plutarcho in Anton. & à Luca in Actis 11. Ἐχρημάτισε πρῶτον. Alibi quoque non rarò similiter hoc verbo vtitur Suidas, vt in Philone Biblio, Ὑπατον δὲ Σιδῆρον τὸν Ερφύνιον χρηματίσαντα. Et alibi, Ομηρος, Σίλλους χρηματίσας, γραμματικὸς. Et, Τυραννίων Επιφανιδου καὶ Λινδίας, ὠχρηματίζει ὁ Κορύμβου. Idem Suidas in Philemone Syracusano Comico è libro Aeliani de prouidentia, somnium huius poetæ pluribus recitat, stilo sane tali, quali in Animalium historia vtitur: in qua ipsa etiam interdum de dijs & prouidentia similia docet, & Epicureos conuellit. Denique multis in locis verba Aeliani tanquam boni & elegantis scriptoris Suidas recitat, vt in vocibus, Ταινίαι, Εκπαθὴς, Δαιδαλόχειρ, Βύβλος, Κλάτιος, & c. in quibus sunt quædam, quæ in ijs quos nos damus, libris, non habentur, quod meminerim. vnde alia etiam multa ab eo condita suspicor. Philostratus quidem in eius vita, etiam κατηγορίαν τοῦ γώνιδος Τυραννου ab eo compositam author est. Liber eius περὶ προνοίας citatur à Varino in voce Διηρίζειν. Io. Stobæus in locis communibus sæpe Aeliani quædam recitat, non expressis librorum nominibus: alicubi tamen historias, & alibi Variam historiam nominat.

Aelianus.

Claudius.

χρηματίζειν.

LATINIS INTERPRETATIONIBVS GRAECA esse coniungenda, ad interpretes librorum Græcorum & typographos, Admonitio.

LATINAE interpretationi librorum Aeliani, Græca è regione adiunxi, vt de fide mea & aliorum interpretum minùs dubitaretur: Et vt Græcè etiam si quis discere vellet, commoditatem conferendi facillimam haberet: denique si quæ in alterutra lingua dubitatio moraretur lectorem, in proximo alteram interpretis aut commentarij loco haberet. Ego certè hactenus pauciſsimos omnino libros vidi ita translatos in Latinum sermonem, vt Græca non adiuncta, aut seorsim excusa, desiderarem. In nonnullis, præsertim sacris, fides interpretis suspecta esse potest. multi inscitia aut festinatione erramus, aut sæpe, aut interdum, in alijs etsi nihil horum contingeret, (quod tamen vix in hominem cadit,) dicto tamen interpretis vel passim vel alicubi, obscura ambiguáue est, vbi vel mediocriter Græcè doctus lector, ad clariorem & certiorem sensum Græcis collatis adiuuatur. Sed etiam contrà, qui Græcè fuerint doctiores, non fastidient Latina. nam mediocris quoque interpres, in rebus ipsis tamen exercitatus, & multa dum verteret meditatus, sæpe obscuriores aliquos locos explicabit, qui remorari lectorem vtcunque linguarum cognitione præstantem potuissent. Theodorus Gaza, vir egregiè in vtraque lingua eruditus erat, in Græca quidem haud scio an vnum aut alterum, dum viueret, sui habuerit similem: & hodie quoque (absit inuidia) vix esset habiturus: translati tamen ab eo leguntur aliquot Aristotelis libri parum feliciter, non in vniuersum dico, sed plurimis in locis. Multò magis verò dum Theophrasti de historia & causis plantarum libros conuertit, passim ineptè, imperitè aut perperam id facit. id quod ego audacter affirmo, & innumeris in locis demonstrare possum, faciamq;, si vixero, nisi præuenerit alius: quod fieri optarim, libenter codices meos, in quibus quæ conferendo deprehendi & emendaui, annotatum est, diligenti & docto cuiuis hoc onus molienti impertiturus: idq; non modò gratis, sed etiam gratias habiturus, quòd & me hac in parte leuet (alijs occupatum) instituto labore, & publica literarum studia promoueat,

Theod. Gaza

ueat, & veterum authoritati, quam interpretum imperitia labefactat, redintegrandæ consu
lat. Ergo si princeps ille Græcè eruditorum Theodorus, in Græcia natus, toties in suis con-
uersionibus lapsus est, quid de alijs dicemus? infiniti quotidie noui interpretes exoriuntur
multi priusquam à Grammaticorum præceptis necessarijs euaserint, interpretationem autho-
rum inuadunt: & quæ dum linguam addiscunt seque exercent, Latina fecêre, committere
prælis & publicare audent. Videtur autem Græcæ linguæ cognitio, in iunioribus præsertim
(ἀεὶ δ' ἐπλοτέρων ὠθεῖται φρένας ἱερὰ θοντα) leuem quandam arrogantiam, & vanam
de sua eruditione persuasionem, temerè excitare, vnde non minus illi sibi placent, quàm
vano superboque leuiculi homines vestium ornatu. Est enim hæc lingua varia, diserta, vo-
lubilis, elegans, leuis, κὰι τομφολυγώδης τως κὰι ὀφρυώδης. Alij igitur ambitione ducti
Græca interpretantur: alij fortè necessitate & inopia, quorum neutri diutius premere sua
& ruminare scripta aut volunt aut possunt. Festinat enim ambitio, cunctatione melius
gloriæ suæ consultura. Paupertas moram non patitur. Et ita libri Græci non vertuntur ser- Plinius.
mone Latino, sed peruertuntur. Plinius olim vir locuples, diligens, & Græcè non indoctus
erat, & Latinè disertissimus, & iuuandi mortales gratia, magis quàm ambitiosè (vt ego
iudico) suam de Natura historiam, magna ex parte è Græcis scriptoribus translatam, pu-
blicauit: ille tamen quantopere sit hallucinatus, & quoties authorum quos sequitur non
assecutus sententiam, de alijs fortè alij dicent, ego familiares imò præceptores meos Ari-
stotelem & Theophrastum (ex quibus plura, nisallor, quàm vllis alijs transtulit) traden-
dis animalium stirpiumque naturis, sæpissimè non intellectos ab eo deprehendo. Sed ne sim
prolixior aut veteribus censendis, aut nouis interpretibus, quod sanè infinitum foret: nul-
lus profectò vnquam aut fuit aut erit cuiuscunque linguæ in aliam transferendæ (de libris
alicuius doctrinæ & maioris momenti loquor) tam consummatus interpres, vt non arche-
typum quoque à lectoribus desiderari aut possit aut debeat. Quis enim est qui vel suam &
maternam linguam vndiquaque calleat, ita vt & popularem eloquentiam teneat, & simul
nulla diuersarum artium vocabula ignoret? Sunto tamen qui hæc consequuti sint om-
nia, in sua quisque lingua: putás ne verò qui idem in duabus præstare possit inuentum iri
quenquam? Sed inueniatur is quoque. iám ne tibi absolutus is interpres futurus videtur? At-
qui multum adhuc abest. Non enim statim geometra fuerit, qui vocabula huic scientiæ pro-
pria intellexerit: neque medicus, qui partium corporis humani, herbarum, remediorum, mor-
borumq; nomenclaturas in numerato habuerit omnes. Artis insuper peritus, & in ea media-
criter exercitatus sit oportet, vt geometra medicús ve sit vel dicatur: aut ex vna lingua in al
teram medicos geometricós ve libros rectè transferat. Non igitur verborum cognitio absol-
uat interpretem, sed rerum quoq; peritiam adiungat necesse est. Verùm in alijs linguis, quarũ
vsus aliquis hodie in diuersis regionibus vsus est, simul duabus excellere, facilius fuerit. in Græca
verò & Latina, iam apud suos populos desitis, & tanto labore ac tempore condiscendis, dif-
ficillimũ. Quamobrem cum hisce duabus linguis vetustissimi quique & optimi libri sacri pro
fanique contineantur, moneo vt quicunque posthac aliquid ex hisce interpretandum suscepe-
rint, vel suæ interpretationi & apographo archetypum Græcum adiungant, vel Græca se-
orsim edi curent, (hoc in maioribus, illud in minoribus libris commodius fiet:) si illi modò et
eruditis hominibus gratificari volent, & suæ authoritati fideique consulere. Quod me qui-
dem attinet, ego etiam in pluribus erranti, si Græca quoque dederit, ignoscam facilius, quàm,
si non dederit, in paucis: & spero eandem ob causam mihi etiam & cæteris interpretibus æ-
quiores fore homines doctos, si cubi in his Aeliani operibus vertendis hallucinati sumus.
Porrò typographos quoque moneo, vt Græca libenter suscipiant: & si minùs quæstuosam eo-
rum distractionem sibi futuram putant, exemplaria cudant pauciora, pluriscque vendant.
Sic enim in pleriscque sibi suoque lucro consulent: ac, si non breui, paulatim tamen libri illi
vendentur melius, quibus adiuncta fuerint Græca: cum translationes sola, præsertim minùs
doctorum (qui semper maior est numerus) à doctioribus reprehensæ sæpe ab omnibus negligi,
iacere, & perire soleant. Accedit & hæc commoditas, quòd emendatiores in vtraque lin
gua libros sic posse conseruari spes sit. nam si quid dubium aut depranatum occurrat, mox

alterũ ex altero emendari poterit. His ferè rationibus ego inductus, volumina aliquot hucusq; Græcè Latinèq; excudenda curaui, nempe fœcundissimum Ioannis Stobæi Anthologiũ, idq; secundo etiam auctum emendatumq;: item Antonij & Maximi veterum in Græcia monachorum Locos communes ex sacris & profanis scriptis utilissimè collectos, (qui tamẽ non è regione collocati, sed in vtraq; lingua seorsim prodiuerunt:) & hoc tempore Aeliani opera. Quòd si Deus annuerit, etiam alia deinceps utilia studiosis similiter vel adam ipse, vel alijs vt adant author ero.

CEraſtes ſerpens ferum animal, colore album, gemina ſupra frontẽ gerit cornua, Cochleæ cornibus ſimilia, non ſimiliter tamẽ atq; illius tenera. Lógè uerò alia ratione in cęteros Libycos homines, ac erga nuncupatos Pſyllos ceraſtæ affici untur. Illis enim infeſti ſunt, cũ his fœdere deuinciuntur, pacemq; ſeruant. Enimuero Pſyllorũ gens ab eis ſi mordetur, nõ modò nõ ſentit morſum, ſed eos etiã qui in id mali inciderint, facillimè ſanat: ſi priuſquam totũ ueneno corpus imbutũ ſit, ex ipſis quiſpiã uel accerſitus, uel ſua ſpõte ueniens, os ſuum aqua colluerit, & manus abluerit alteri, & utranq; potionem propinauerit morſo. ſic enim is ex ueneno ſtatim tũ cõualeſcit, tum ab omni malo liberatur. Libyci item homines aiũt, uirum cui ſua uxor ueneritin ſuſpicionẽ adulterij, quiq; ex ea ſuſceptos liberos adulterino ſanguine natos ſuſpicetur, experimenti cauſa in doliũ ceraſtarum plenum infantẽ puerum cõijcere, ficq; inijciẽdo, tanq; artificẽ aurum igni, ingenuitatẽ pueruli experiri. Ceraſtas protinus inſultare, acerboſq; fieri, innatũ malum puero minitantes: eos ut puer attigit remolleſcere, unde Libycus ille ſe legitimũ patrẽ agnoſcit. Quin & aliarũ ſerpentiũ, & phalangiorum hoſtes Pſylli habentur. Hæc uerò ſi Afri cõminiſcuntur, non me, ſed ſemetipſos fallunt.

Περὶ ἐχθρῶν τῶν μελισσῶν. Κεφ. νη.

ΜΕλισσῶν ἢ ἐπίβολοι καὶ ἐχθροὶ εἰσὶν αἵδε ἐκεῖναι· οἵτε αἰγίθαλοι καλούμενοι, καὶ τὰ τούτων νεόττια· καὶ οἱ σφῆκες, καὶ αἱ χελιδόνες, καὶ οἱ ὄφεις, καὶ αἱ φάλαγγες, καὶ αἱ λύγγαι. καὶ αἱ μὲν διεδάσι ταῦτα. οἱ δ' ὧν μελισσουργοὶ ἐλαύνουσιν αὐτὰ ἀπ' αὐτῶν, ἢ κόνυζαν ὦν θυμιάζοντες, ἢ χλωρὰν ἐπὶ μύκωνα πρὸ τοῦ σίμβλου καταστέλλοντες, ἢ καταῤῥώζοντες. καὶ ταῦτα μὲν τοῖς ἄλλοις ἐχθρά ἐστι τοῖς προειρημένοις. σφηκῶν δὲ ἁλώσεις ἐκεῖναι αἵδε εἰσί. λύχνον ἀπαρτῆσαι χρὴ πρὸ τοῦ σφηκιᾶς, καὶ φυθεῖναι αὐτῷ λεπτὸν μεμβράδα ἢ μανίδα ὀλίγην, καὶ σὺν τούτοις ἴωπα ἢ χαλκίδα. οἱ ἢ

De animalibus quæ inſidiantur Apib. ut ſunt Pari, Veſpę, Hirundines, Serpẽtes, Aranei, Ranæ. & quo pellantur uel perdantur. Et q̃ Apes tã ſuauib. unguentis, quàm tetro odore offendantur. Cap. LVIII.

HOſtilem in modũ Apibus inſidias moliuntur Pari auiculæ cũ ſuis pullis, Veſpæ, Hirũdines, Serpẽtes, *Phalęnę, à quibus omnib. Apes de uita ſua timẽt. Apiarij conyzę ſuffimẽto, aut uiridi papauere ante alueos poſito ſtratóue, cætera iã dicta animalia ab eis depellũt. Veſpas priuatim hoc modo cõprehendũt: ante earũ nidos naſſam, in quã pri⁹ paruulã Mænã aut exiguã Membradẽ cũ lope uel Chalcide imponi cõuenit, appendũt:

*id eſt, blattæ quædã noctu lucernis aduolantes.

Veſpæ.

cæ

eæ uerò ſua natura ędaci eſca allectæ, frequentes in naſſam incidunt, quibus naſſa comprehenſis, non amplius retro regredi licet. Intereunt autem facilius ſi conſpergantur aqua, autigni crementur.

Lacertæ. Lacertæ item inſidias in Apeis faciunt, ac

Crocodili terreni. terreni Crocodili peſtem perniciemq; illis inſtruunt farina cum ueratro ſubacta, aut tithymalli liquore malúæ ue ſucco ſuffuſa, & ante alueos diſperſa, guſtantibus illis modo cõmemoratis perniciem affert.

Phalænæ. Phalænæ ante alueos ad lumen accenſæ lucernæ, cui uas oleo plenum ſubiectum ſit, uolitantes, in oleum decidunt, ac ſic pereunt, alia ratione non facile tolli queunt.

Ranæ. forte φάλαινα. Soboles Ranarum lutariarum, ſi quis in earum lacum uerbaſci folia nucés ue (tithymalli alterius nimirum) inijciat necatur..

Pari. Pari aues guſtatu farinæ uino dilutæ, primum ebriæ factæ capite grauantur, deniq; cadunt, & abiectę uolare non queunt, & facile tolluntur.

Hirundo. Hirundo muſicæ reuerentia permotis non ab apiarijs occiditur, alioqui ad necandum facilis. ſatis enim eſt eas propè alueos nidificare prohibere. Tetro quouis odore non modò Apes offenduntur, ſed unguento odorato. tanquam enim puellæ urbanæ & modeſtæ teterrimum odoré præclarè contemnunt, & unguenti ſuauitatem à ſe deteſtantur.

De ratione ædificandi Apum, decq; uniuerſa repub. & habitationũ officiorumq; diſtributione. Cap. LIX.

SEniorem Cyrum de regia quam in urbe Perſarum (Perſæpoli) ipſe ædificauerat, magnam gloriam adeptum ruiſſe fama celebratum eſt. Darius lautæ ędificationis ſubſtructione, quam Suſis omnium ſermone decantatam ſtruxerat, efferebatur. Cyrus minor ex hortis, quos purpuræ nitore, & gemmarum fulgore ornatus in Lydia ſua manu conſeuiſſet, gloria magna cum apud omneis Græcos, tum apud Lyſandrum Lacedæmonium, cum is in Lydiam ad eum ueniſſet, fuit. Sed hæc pluſquam ſatis hiſtorici prædicarunt. Apum non item domos,

†al. ἄπορ.

οἱ δὲ σφῆκες ὑπὸ τῆς ἱμφύτου γεγριμαργίας ἑλκόμενοι, καλάθης αὐτὸς ἐλικάσματα ἀπίπτουσιν ἀθρόον. καὶ πολιαλόντες αὐτὰς τὰ λύγρα, ἐκ ἔστιν αὐτοῖς τὴν ὀπίσω ἐκ ἐπὶ ἐκπέτεσθαι. καὶ ὕδωρ δ' ἂν αὐτὴν καταπασκιδάσας, ῥᾷον ἀφθείρεις αὐτὰς, ἢ πῦρ δᾴψας καπνίσεις. ἢ οἱ σκῶρες ἢ ὠὸν βουλεύουσι ταῖς μελίτταις, ἢ οἱ κροκόδειλοι οἱ χερσαῖοι. ὄλεθρος ἢ ἡ τούτοις ἐπιτεκνίλωτα ἐκεῖνοι. ἄλφιτα γὰρ ἐλεβόρῳ δεύσαντες, ἢ πτισάνης ὀπτῷ κατοχέοντες, ἢ μαλάχης χυλῷ, ἀφανίζουσι πᾶν τὸ σμῆνος τὰ ἄλφιτα. ὅπερ ἂν ὄλεθρον φέρῃ τοῖς πτερωτοῖς ἀκρυσταλλωθεῖσιν αὐτῶν. Ἐμβαλὼν ἢ, εἰς τὴν λίμνην φλέμου φύλλα, ἢ κάρυα ἀπώλεσε τὸν γυρίνον ὁ τῶν μελιττῶν ἑκάστοτε ῥᾴστα. Αἱ ἢ † φάλαγγες ἀπόλωτο νύκτωρ φλεγμαζόντος λύχνου ἐμβληθέντος πρὸς τὸ σμῆνος, ἢ ἀγγεῖον ἐλαίου πεπληρωμένον τῷ λύχνῳ ὑποκαιόμενον· αἱ ἢ, πρὸς τὴν αὐγὴν πετόμεναι ἐμπίπτουσιν εἰς τὸ ἔλαιον, ἢ ἀπολώλασιν. ἑτέρως ἢ ὀκ ἂν ἀφεθεῖεν ῥᾳστα. Οἱ ἢ αἰγίθαλοι ἁλόντων οἴνῳ ἐμβρεχθέντων ἀκρυσταλλωθέντες κατεκαρδοῦσιν· εἶτα πίπτουσι, ἢ κέμβλοι ἀναίρουσι, καὶ εἰσὶν ἀφελῆ τοῖς γελοῖοι, ἀναπλῶσι μὴ δυνάμενοι. Οἱ ἢ τῆς χελιδόνας αἰδοῖοι τῆς μουσικῆς ὀκ ἀπτεκτόνουσι, διό τοι ῥᾳδίως ἂν αὐτὴν ὅταν θέλωσι φάλλαντες. ἀπόχρη ἢ αὐτοῖς κωλύμη τῆς χελιδόνας πλησίον τῶν σμήνων καλιὰν ὑποπῆξαι. Ἀπεχθάνονται ἢ ἄρα αἱ μέλιτται κακοσμίαις πάσαις, καὶ μύρῳ ὁμοίως, ὅτι τὰ ὀλυσῶδες ὑπομένουσαι, δι' ἃ ἀπαζόμεναι τῆς εὐωδίας τὰ τεθρυμμένον· οἷα δὴ πότε κύραι ἀσθαίτε ἢ σώφρονδε, τὰ μὲν βδελυττόμεναι, τῆς δὲ ὑπερφρονέουσαι.

Περὶ τῆς τῶν ἐλεφάντων οἰκοδομίας. Κεφ. νθ.

ΚΥρος μὲν ὡς φασὶν ὁ πρεσβύτερος μέγα ἐφρόνει ἐπὶ τοῖς βασιλείοις τοῖς ἐν Περσαιπόλει, † οἵσπερ ἂν αὐτὸς ᾠκοδομήσατο. Δαρεῖος ἢ ἐπὶ τῇ κατασκευῇ τῶν οἰκοδομημάτων τῶν Σούσων, ἢ γνοὺς ἐκεῖνος ἐν Σούσοις τὰ ἀξιόμενα ἐκεῖνα ἠργάσατο. Κῦρος δὲ ὁ δεύτερος ἐν Λυδίᾳ παράδεισον αὐτὸς κατεφύτευσε ταῖς χερσὶ ταῖς βασιλικαῖς, σὺν τοῖς ἄνδρασιν ἐκείνοις χιτῶσι, ἢ τοῖς πορφυροῖς ἐκείνοις μέγα τιμίοις λίθοις, ἢ ἐν τούτοις γε ἐπαλωίζῃ, ἢ πρὸς ἅπαντας μὴ τὸν ἐπίλοιπον, ἀτὰρ δὴ ἢ πρὸς Λύσανδρον τὸν Λακεδαιμόνιον, ὅτε ἦλθε πρὸς τὸν Κῦρον ὁ Λύσανδρος

πρὸς τὴν Λυδίαν, ἢ ἐπεὶ μὴ τούτων ἄδοσιν οἱ συγγραφεῖς, τὰς ἢ τῶν μελισσῶν οἰκοδομὰς σοφω-

τέρας

τῆρας ὅλας ἡ πολὺ ἡ πυκνοτέρας, ἀλλὰ ἐπὶ τούτῳ δὲ ὀλίγῳ ἐθέντο ἄραν. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ πολὺ καὶ πολλοὺς λυπήσαντες εἰργάσαντο, ὅσα εἰργάσαντο. δόλῳ δὲ ἆρα ἦν μηδὲν ἀσφαλέστερον ἦν. πρῶτον μὲν γὰρ ἐργάζονται οὐ τοὺς θαλάμους οὐ τοῦ βασιλέως, ἡ εὐρυχωρίαν ἔχουσιν ὅτι, ἡ οὐσίν αὐτοῖς ἀνώτεροι. ἡ ἔρυμα ἢ πολεμίοις βάλλοντο τόποις, οἷόνει τεῖχος εἶεν ἂν πρόβολον, ἀσφαλισάμενοι ἡ ἐκ τούτου τὴν οἴκησιν τὴν βασιλικήν. διαιροῦσι δὲ αὐτοὺς εἰς ἡλικίας. ἡ ὧν τὰς οἰκήσεις τὰς ἑαυτῶν εἰς τοσαῦτα. αἱ μὲν γὰρ πρεσβύταται καὶ παλαιότατοι γίνονται τῇ τοῦ βασιλέως αὐλῇ, οἷόνει δορυφόροι ἡ φρουροὶ ὄσαι· αἱ δὲ νεώτεραι, καὶ αὐτοῖς μετὰ ταῦτα οἰκήσιν. αἱ δὲ γε ἥβης, καὶ ἀκμῆς ὄσαι ἀζωτέρω ἐκείνων. ὡς ἔστιν τὰς μὲν πρεσβυτάτας φρουροὺς τοῦ βασιλέως, τὰς δὲ νεανίδας ἱερκτὰς τῶν νεωτάτων.

mos, solertiori ratione ædificatas, scripse runt: cum illi tamen in regijs ædificandis permultos uexarint. apibus uerò, ut nihil minus molestum, sic solertius nihil esse potest. Primum regũ cellas eminentiore loco, magna laxitate amplas ædificant: easq; sepimẽto tanq̃ muro quodã, ad maiestatem regiã tuendã, circumuallant. Ac ut ætate & cõditione triplices sunt, sic tripartitò suas cellas diuidunt. Quędã enim summa senectute affectę, regiæ aulę uicinæ, proximæ tanq̃ satellites & custodes sunt: post quas habitant natu minimæ, & quæ annũ nõ excesserunt. adolescentiores uerò, & ętate cõfirmatiori, extimę manent. ita ut illæ exacta ætate, custodes regum sint. eæ aũt quæ ætatis firmitate robustiores existunt, tanq̃ murus quispiam natu minimas sepiant.

Principũ maiestas & honor.

Περὶ τοῦ τῶν μελιττῶν βασιλέως. Κεφ. ξ.

Λέγει μού τις λόγος ἀκριβὴς εἶναι οὗτος τούτων βασιλέας. λέγει δὲ ἡ ἕτερος καὶ πάνυ ἐῤῥωμένα ζῶα κρίνει συμπεφυκέναι αὐτοῖς, καὶ πειθηνίως αὐτοῖς ὑποτάττεται· ὅτι δὲ ἐπ' αὐτοῖς ὅπλοις χρῆσθαι αὐτοῖς, ὅτι ὦσι ταῖς μελίτταις, ἀλλὰ καὶ †ὑποπεπλῆσθαι φόβου ἄλλως. μὴ γὰρ θέμις εἶναι τοῦ ἄρχοντα, ἡ τοῦ τοσούτῳ ἐφορᾶν, καὶ ὑβρίζεσθαι. ἡ τὰς λοιπὰς ὁμολογοῦσιν οἱ τούτῳ ἑπόμενοι, ὃ ἔθος τοῦ ἀρχόντων τοῦ σφετέρων ἀποκλίνειν τὰ ὅπλα, οἷόνει τὴν θυσίας ἀφιστάμενας, ἡ παραχωρούσας. ἐκάτερον δὲ αὖ τις ἐκπλαγήσεται τοῦ βασιλέως ἐκείνων· εἴ τι γὰρ μὴ ἔχουσι πόθεν ἀδικήσουσι, μέγα ὄφελος· εἴ τε καὶ παρὸν ἀδικῆσαι, μὴ ἀδικοῦσιν. ἀλλὰ τοῦτό γε μακρῷ λῆρος ὄντι.

De rege Apum, & eius clementia, siue q̃ aculeũ nõ habet, siue q̃ nõ utit: & q̃ cæterę etiam apes coram rege aculeo non utantur. Cap. LX.

τῶν.

Opinio una est, Apũ reges nõ aculeatos esse: est rursus altera, eos robore aculeorũ peracutorũ armatos esse: nũquã tamẽ eo neq; cõtra hominẽ, neq; cõtra Apes uti. quoniã non fas sit tantæ nationis imperatorẽ malũ admittere. Reliquas aũt Apes, harũ rerũ prudentissimi testant, in cõspectu suorũ imperatorũ aculeos summittere, quasi fasceis, ueluti imperio, potestateq; his cedentes. Iam uerò hoc utrũq; in illis regibus quispiã admirari possit, siue aculeo careãt, ad inferendã iniuriã: siue q̃ habẽtes, ab iniuria aculeos abstinere queãt, qd etiã lõgè prẽstãtiꝰ est.

Principum clementia, & subditorum erga eos reuerẽtia.

al. συμπεπλάσθαι.

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ Α. ΒΙΒΛΙΟΥ.

FINIS LIBRI I.

AELIANI DE ANIMALIBVS LIBER II.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ, ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Περὶ τῶν γι ἐκ τῆς Θρᾴκης γιράνων. Κεφ. α.

De gruibus, quomodo è Thracia in Aegyptum migrent. Caput. I.

ΤΑΝ τὰ ἤθη τὰ τῶν Θρᾳκῶν, ἡ οὐκ ἀμοιρεῖν ἀφελείαν οὐδὲ Θρᾳκίους αἱ γίρανοι, ἀθροίζον τῆς μὲν ὕδατος Ἑβρου· λίθῳ δὲ ἐκάστη κατα-

CVM Thraciã grues relinquũt defugiendo iniurias frigoris, frequẽtes cõgregant in Hebrũ fluuiũ: lapidẽq; pro se quæq;

Prudentia & munitio contra pericula.

deuorat, ut & unde prandere possit, habeat, & aduersus incursiones uentorum firmamentum assequatur. Migrant autem uersus Nilum, hyberni illic uictus & aëris tepidioris desiderio incensæ. Cum uerò proximum est, è Thracia ut migrare ultraq; progredi ingrediantur, grus quæ fuerit extremo tempore ætatis affecta, ter uniuersum gregem circumeundo emensa, cadit, supremumq; uitæ diem conficit. quam primò sepultura reliquæ afficiunt, rectà deinde in Aegyptum iter faciunt: neque immensa pelagi spatia alarum remigio transmittentes usquam interquiescunt. Aegyptios autem sementē facientes offendunt, & mensæ (ut ita dicam) in aruis ciborum redundantia extructæ interueniūt: ac tametsi minus inuitatæ, hospitalis tamen mensæ iure fruuntur.

Religio sub mortem.

al. φέροντα

De Pyrigonis uolucribus bestiolis, quæ ex igne & generantur, & in eo uiuunt. Cap. II.

Nihil in natura sterile.

TErra mariq; nasci animalia nihil mirum. nam materia, & nutrimentum, & natura horum causa est. Ex igne uerò generatas bestias uolucres existere, nuncupatos Pyrigonos, & in eo ipso igne uiuere & ali, hucq; & illuc uolare, hoc admirabilitatem facit. Illud itē admirationem excitat, cum extra ignem nutricium egrediuntur, & frigidū cœlum attingunt, statim exeunt è uita. Quæ autē causa sit, igne ut nascantur, contraq; aëre (temperato elemento) extinguantur, alijs dicendum relinquo.

De coitu & uisus recuperatione Hirundinum. Cap. III.

Prouidētia etiam in uoluptate.

CAeteræ aues in coitu à maribus conscenduntur, ut ferunt: hirundines nō item, sed contrariò quàm reliquæ miscentur. Causa cur id faciant, retrusa est atq; abdita. Multorum tamen sermone in uulgus peruagatū est, eas sic coire, quòd Tereum regem horreant, ne quando latenter irrepens, nouam tragœdiam efficiat. Hirundinibus etiam à natura bonū meo iudicio summū tributū est, quòd & si acu eorum oculi puncti excæcentur, uisum recipiunt. Quid igitur Tiresiam amplius admiramur, tametsi non hîc, sed apud inferos, Homeri testimonio, inter manes sapientissimum?

κατα πόλα, ὡς ἔχαμ καὶ δ' ἔπνομ, καὶ πρὸς τὰς ἐμβολὰς τῶν αὐίμαμ ἔρμα, πειρᾶνται τὸ μετοικισμὸ, καὶ ἢ ὧν τ' Νεῖλομ ὑρμῆς, ἀλέας τε ἰὼ ἢ χειμερίσσων τροφὰς, πόθω ὧν ἐκεῖθι. μελλόσσων δὲ αὖθις ἄριεσθαι, καὶ τὸ πρόσω ἴχεσθ, ὁ παλαιότατ⊙ γέρανος πρὶν ἐλθὼν τὴν πᾶσαμ ἀγέλλω, καὶ εἰς τρὶς, ὅτε μόντοι πεσὼμ, ἀφίησι τὴν ψυχήν. φῶτεῦθεν ὧν οἱ λοιποὶ θάπτουσι μὲν τ' νεκρόμ, †φεύγοντα ὑ εὐθὺ ἢ Αἰγύπτ⊙, τὰ μήκιστα πελάγη περαιόμενα ὧν ταρσῶ τῶμ πτερῶμ. καὶ ὅτε ὀρμίζονταί πο, ὅτε ἀναπαύονται. ἀείραντας δὲ τοὺς Αἰγυπτίους καταλαμβάνουσι, καὶ πράττεσθαι, ὡς αὖ ἔπτις, ἄφθονομ τ' ἢ γῆ ταῖς ἀρόραις εὐρόνθου, ὅτε ἄκλητοι ξενίωμ μεταλαγχάνουσιμ.

Περὶ ζώωμ τῶν καλουμένωμ πυριγόνωμ. Κεφ. β.

Τίκτεσθαι μὲν φῶ ὅρισι ζῶα, καὶ φῶ ἀέρι, καὶ θαλάττῃ, θαῦμα οὔπω μέγα: ὕλη γὰρ, καὶ τροφὴ, καὶ φύσις ἡ τούτωμ αἰτία. ἔγγονα δὲ πυρὸς πῶλα ἂν τοῦ καλουμένους πυριγόνους, καὶ φῶ αὖ βιοῦν, καὶ τεθράφθαι, καὶ διεῦρο καὶ ἐκεῖσε πωλεῖσθαι, ὅπερ ἐκπληκτικόμ. καὶ ὃ ἐπὶ θαῦμα, ὅταμ ἔξω τοῦ πυρὸς τοῦ σωτρόφου ἐκδύσωσι, καὶ ἀέρ⊙ ψυχροῦ μεταλάβωσιμ, φῶτεῦθεν διὰ τεθνήκασι. καὶ ἥτις ἡ αἰτία τίκτεσθαι μὲν πυρί, ἀείρειν δὲ ἀπόλλυσθ πρᾶος, λεγέτω ἄλλος.

Περὶ ἢ τῶν χελιδόνωμ ὁμιλίας. Κεφ. γ.

Οἱ μὲν ὄρνιθες οἱ ἕτεροι ἀναβαίνονται, ὡς λόγ⊙: αἱ δὲ χελιδόνες οὔ, ἀλλὰ τοὐτωμ γε φανερὰ ἡ μίξις ὄσι. καὶ ὃ αἴτιομ οἶσθ ἡ φύσις. λέγει δὲ ὁ πλείωμ λόγ⊙, ὅτι πεφύκασι φόβ τυφλὰ, καὶ δεδοίκασι μήποτε ἁρπακτικὸς λάθρα, ὅτα ἐργάσιται πρᾶγμα δεινὸμ καὶ νῦμ. Ἦμ δὲ ἄρα καὶ τοῦτο χελιδόνι δῶρομ ἐκ ἢ φύσεως, ὥσ γε ἐμὲ κελεύειμ, ὃ πιμώτατομ: πεῤῥωθεῖσα τὴν ὄψιμ πρόναις ἐαὐτὴ τύχῃ, ὁρᾷ αὖθις. Τί δῆτα περὶ τειρεσίαυ ἀδόμεθα; καί τοι μὴ ἐνταυθοῖ, ἀλλὰ καὶ ἐν Ἅιδου σοφωτάτῳ ψυχῶμ, ὡς Ὁμήρ⊙ λέγει.

Περὶ

De

Περὶ τῶν ζώων καλουμένων ἐφημέρων. Κεφ. δ.

Ζῶα ἐφήμερα ὅτῳ διέληται, λαβόντα τὸ ὄνομα ἐκ τοῦ μέτρου τοῦ κατὰ τὸν βίον. τίκτεται μὲν γὰρ ὑπὸ ὥρας, ἐν αὐοιχθέντι τοῦ σκύφους τάδε ἀξιπτῆ, καὶ εὐθὺς ὁ φῶς, καὶ τέθνηκεν. οὐκοῦν παρειλθεῖν μὲν αὐτοῖς ἡ φύσις ἐδωκεν εἰς τὸν βίον: τῶν δὲ ὑπὸ αὐτοῦ κακῶν ἐρρύσατο τὸν ταχίστω: μήτε τι τῶν ἰδίων συμφορῶν ἠσθημένοις, μήτε μὲν τινος τῶν ἀλλοτρίων μάρτυσι γεγονημένοις.

De animalibus unum diem uiuentibus. Cap. IIII.

ANimalia Ephemera idcirco sunt appellata, quòd id ętatis uiuunt, ut uno die cursum uitæ conficiant. ex fæce enim uini (accescētis) originem trahunt, apertoq; dolio ut in lucem susceptа sunt, è uita excedunt. Nam ingredi quidem in uitā natura illis dedit: malis uerò quibus uita referta est, celerrimè liberat, priusquā uel propriam, uel alienam ullam calamitatem sentiant. Vitæ breuitas.

Περὶ ἀσπίδος καὶ ὄφεως τοῦ καλουμένου Βασιλίσκου. Κεφ. ε.

Ἤδη μέντοι τις καὶ ἀσπίδος ὑπὸ μακρῷ τοῦ χρόνῳ πληγεὶς † ἰάσατο, ἢ τὸ μὲν παραλαβὼν, ἢ πῦρ ὑπομένας οὐ μάλα τλημόνως, † ἀναγκαίοις φαρμάκοις τὸν κακὸν, ἵνα μὴ προσερπύσῃ, σχόλης ὁ δάλαττος. Σπιθαμὴ δὲ τοῦ Βασιλίσκου τὸ μῆκος: ὅτι μέντοι ἡ θεασάμενος ὁ τὸ ὄφεως μῆκος αὐτὸν, ὀκ εἰς ἀναβολὰς, ἀλλ' ἤδη ἐκ τοῦ φυσήματος προσβολῆς αὖος ἐστιν. εἰ δὲ ἄνθρωπος κατέχοι ῥάβδον, ἅπαν ταύτῃ ἐκεῖνος δάκῃ, τέθνηκεν ὁ κύων ὑπὸ λύσσης. Extremis morbis & periculis, extrema remedia conueniunt. * vel, olim aliqui sanati sunt. Malū præsentissimum. † al. additur ἢ

De Delphino Arionis historia delibata: & altera copiosa, de Delphino catulo unà cum puero ab eius parentibus nutrito, quē postea adultus etiam mirificè amauit. Cap. VI.

Περὶ τῶν δελφίνων φιλομουσίας τε καὶ φιλανθρωπίας. Κεφ. ς.

Τὴν τῶν δελφίνων φιλομουσίαν, καὶ τὸν τῶν αὐτῶν ἐρωτικὸν, τὸν μὲν ἀρχαῖον Ἀρίονί τε καὶ ὁμολογοῦσιν αὐτοῖς Λέσβιοι: τὸν δὲ Τηΐτην. τὰ δὲ Ἀρίονος τοῦ Μηθυμναίου ἐν ἐκείνοις: τὸν μὲν γὰρ † Τηΐῳ ὑπὲρ τοῦ παιδὸς τοῦ καλοῦ, καὶ ἐπὶ μίξεως αὐτοῦ καὶ τοῦ δελφῖνος, οἱ ἕτεροι. Λέγει δὲ καὶ Βυζάντιος αὐτὸς Λεωνίδας ὄνομα, ἰδεῖν αὐτὸς πρὸ τῆς Αἰολίδος πλέων, ἐν τῇ καλουμένῃ Πληρεσελήνῳ πόλει δελφῖνα ἡθάδα, καὶ ἐν λιμένι ὑπὸ ἐκείνῳ οἰκοῦντα, καὶ ὥσπερ ἂν ἰδιοξένοις χώμενον τοῖς ἐκεῖθι. καὶ ἐπὶ γε τούτῳ ὁ αὐτὸς λέγει, καὶ πρεσβύτην πινὰ, καὶ γέροντα δὲ σωσικόντα αὐτῇ ἐκβρίψαι τὸν δὲ ἐν τῷ πόντῳ, δίκελλάν τε οἱ προτείναντας, καὶ ἄλλα γε ἐφολκά. καὶ μέντοι καὶ ἐπιτροφὸς οἱ ὑὸς ὁ τῶν πρεσβυτῶν ὑός. καὶ ἐπιθωῦντο ἄμφω τὸν δελφῖνα, καὶ τὸ παῖδα τὸ σφέτερον. καί πως ἐκ τῆς σωτηρίας, ἐλαθέτην εἰς ὄψιν ἀλλήλων ὑπελθόντες, ὁ, τε ἄνθρωπος καὶ ὁ ζῶον. καὶ ὃν ὁ ἁλόμενος μὲν, καὶ μάλα ἀσπασάμενος αὐτέρως ἐπιμᾶτο ὑπ' αὐτοῖς πρεσβυτέροις. ὁ τοίνυν δελφὶς, Quanto Delphinis in studio musica sit, ex Arione Methymnæo Aegyptij & Lesbij testantur: quantoq; ijdem ipsi amatorio affectu flagrent, Teitæ ex Delphini amore erga eleganti forma puerum prędicant. Leonides autem Byzantius in urbe Pleroseleno nuncupata, se cum Aeolida nauigando prętueheretur, Delphinum in illius portu urbis habitantem, ciuibusq; huius tanquā hospitibus suis utentē uidisse cōfirmat. Idemq; affert hunc delphinum de manu aniculæ cuiusdā, eiusq; mariti educari solitū fuisse, plenosq; inuitamentis cibos illi ab eisdem suppeditatos: neq; tamen, puer cum eis esset infans pariter alendus, illū alere destitisse, sed ambos educasse: ex quo cōuictu delphinus puerq; mutuū inter se amorē, eūq; ut honestissimū, ita celeberrimum conciliarunt. Delphinus itaque Brutorū in homines amor. † forte Τέῳ Educatio & consuetudo quantum etiam in brutis ualeat.

urbem, quam dixi, ueluti patriam ſuam flagrāti ſtudio amplexabatur, portumq; tanquam domum ſuam amanter incolebat: & ſuis nutricijs gratiam educationis ſic perſoluebat, ut cum ætate grandis factus eſſet, decq; manu educantium cibum capere non haberet neceſſe, iam longius progrediēs, ex prædis quas capiebat partim ſibi ad prandiū haberet, partim ſuis educatoribus adferret: quod illi cùm ſcirent, hoc ceu uectigal libentiſsimè expectabant. Hoc unum erat cōmodum, cui & alterum accedebat. Nomen ſimiliter delphino ut puero impoſuerant. Puer ex illa uiuendi cum delphino cōſuetudine hanc collegerat fiduciam, ut ex crepidine, locisq; è mari eminentibus illum auderet appellare, facileq; ad ſe leni appellatione euocaret. Ac ſiue ille cū alicuius nauis remigatione cōtenderet: ſiue cum alijs gregatim errantibus luderet, & uarijs in quoſuis aſſultib. geſtiret: ſiue multa etiam fame preſſus uenaretur, ad puerum tamē tanta celeritate redibat, ut uehementi impetu more nauis pleniſsimis uelis impulſæ ferretur, atque appropinquans ad ſuos amores luderet, & adſiliret: nunc circum illū adnans, nunc illum ipſum uelut prouocans, ad certamen ſecum amaſium ſuum alliciebat. Et, quod magis mireris, ut honore ei cederet, ſeq; uinci in gratiam ipſius ſimularet, ſubmittere ſe illi natando aliquando uiſus eſt. Hæc ſuo tempore celebrata, inquit Leonides tum peregrinis admirationi inter cætera urbis ſpectacula, tum puero ſimul cum parentibus lucro fuiſſe.

De ſibilo Baſiliſci omnes ſerpentes fugante. Cap. VII.

IN Africa mulos uel cæſos, uel ſiti animo deficientes, Archelaus ait, pleroſq; mortuos humi iacere proiectos: ſæpeq; magnam ſerpentium uim cōfluere ad eorum cadauera depaſcenda, easq; Baſiliſci exaudito ſibilo, ſe ſtatim in cauernas, infráue harenas abdere: illum uerò cò profectum, in tranquilla permultæ pacis libertate prādere. Poſtea uerò quàm pranſus ſit, ſibilo repetito, latitantibus ſerpentibus ſignificare, ſe iam pranſum ex cadaueribus abire, & quod ſupereſt cibi ipſis relinquere.

† fortè τὸ φωτεῦθαι ἀπολάπειδαι τοῖς ἄλλοις.

Liberalitas Baſiliſci.

De

ἀδελφὴν, ὡς μὴν πατρίδα ἐφίλη τὴν προφρημένην, ὡς ἴδιον οἶκον ἠγάπα τὸν λιμένα. καὶ δὴ τὰ προφῆα τοῖς θρεψαμένοις ἀπεδίδου. ἐν τούτων ἐκεῖνος ὁ πρόπος. ὁ φώκαλος τέλεος ὤν, τὸ ἀκρόχορδος προφῆς ἐδεῖτο πολλῆς· ἤδη γὰρ μὴν ἐν πεπαυτέρῳ προσηνέμην, καὶ πολυηχόμενος, καὶ σκοπῶν ἄγρας φώκαλίας, τὰ μὲν ἑαυτῷ διάπονον εἶχε· τὰ δὲ, τοῖς οἰκείοις ἀπέφερεν. οἱ δὲ ἤδεσαν ἐοῦσαν, καὶ μέν τοι ἐν αὐτέμνον τὴν δεξαὐτὸ φόρον ἀσμένως. ἐν μία μὲν δὴ ἦν ἡ πρόσοδος ἤδη, ἑκάτη δὲ ἄλλη. ἐνόμα δὲ καὶ δὴ δελφῖνι, ὡς δὴ παιδὶ οἱ θρεψάμενοι ἔθεντο. καὶ ὁ παῖς τῇ σωτροφίᾳ παῤῥᾷν, ἐοῦσαν αὐτὸν ἐπί τινος προβλῆτος τόπου ἑκάλει, καὶ ἅμα τῇ κλήσει καὶ ἐνολάκιζεν. ὁ δὲ, ἅτε πρὸς αἵρεσίαν ἡμιλλᾶτό τινα· ἅτε ἐκυβίσα, τὴν ἄλλων, ὅσοι πολὺν χῶρον ἐπλανῶντο ἀγελαῖοι, κατασκιρτῶν· ἅτε ἐθύρα, καὶ μάλα ἐπιγόσος τὸ γαστρὸς αὐχμῷ, ἐπανεῖ, ἐν μάλα γε ἄκισα, δίκλινα ἐλαυνομένης νεὼς πολλῷ δὴ ῥοθίῳ· καὶ πλησίον τὸ παιδικῶν γενόμενον, συμπαίσας τι λῦ, καὶ σωισπίρτα, καὶ τῷ μὲν δὴ παιδὶ προσήνετο, ὥσπερ ἂν οἷα προκαλούμενον, ἅτε μέν τοι εἰς τὴν ἁμιλλαν τὰς αὐχμὸν τὰ παιδικὰ ἐπῆγε. καὶ τὸ ἐπιθαῦμα, ἀπίεσι καὶ τὸ πρώτης ποτὲ, καὶ δὴ καὶ ἐπαγήξατο αὐτῷ, οἷα νικώμενον ἡδέως δή που. ταῦτα τοίνυν ἐκεκήρυκτο, καὶ τοῖς πλέουσι θέαμα ἐδόκει σοὶ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσα ἡ πόλις ἀγαθὰ ἔχει· ἐν τοῖς πρεσβύτατος, καὶ δὴ μέρακίῳ πρόσοδον.

Περὶ τοῦ συρίγματος τοῦ ἐν τῷ βασιλίσκου. Κεφ. ζ.

ΕΝ Λιβύῃ ἡμιόνους τινὰς ἢ πεπραμένους, Ἀρχέλαος λέγει, ἅτε ἀπαφόντας ἀπὸ δίψος, ἐρρίφθαι νεκροὺς πολλούς. πολλάκις δὲ ὄφεων ἐπιῤῥυσάντων φύλον παμπόλυ τῶν περιῶν ἐδίδη· ἐπὰν δὲ βασιλίσκου συρίγματος ἀκούσῃ, τὰ μὲν ὑπὸ τοῖς ἰλυοῖς καὶ τῇ ψάμμῳ ἀφανίζεσθαι τὴν ταχίστην, ἐν ἑαυτὰ ἀπεκρύπτεσθαι· τὸν δὲ ἐλθόντα κατὰ πολλὴν τὴν ἐρήνην δειπνεῖν· ἅτε αὖθις ἐπισυρίζῃ, καὶ ἀπαλλάττεσθαι. τὸς δὲ ἡμιόνους καὶ τὸ διάπονον τὸ ἑαυτῶν συμαίνεσθαι τὸ φωτεῦθαι† τὸ τὸν λόγον ἐοῦσ ἄσμενος.

Περὶ

Περὶ τῶν Εὐβοέων πρὸς τοὺς δελφῖνας ἰσομοιρίας. Κεφ. η.

Λογοι φασὶν Εὐβοέων δίκυρο φοιτῶντες, οὐ θήρας οὐδ' ἰχθῦς τοῖς δελφῖσι δίδοντες ἐκεῖθι ἰσομοιρίαν τῆς θήρας ἀπενέμοντο. καὶ ἀκούω τὴν ἄγραν τοιαύτην. γαλήνης ἐούσης καὶ τοῦ πελάγους ἡσυχάζοντος, καί τισι δικυρῶν ἐκ τῆς πρῴρας τὰ ἀκάτια κοίλας τινὰς δέρρεις ἐκκρεμάζοντος, καὶ αὐτὰς δαφεινῆς οὔσας σέλας μὲν τὸ πῦρ, καὶ μὴ λύπην τὸ φῶς ἔχειν καλοῦσιν αὐτάς. οἱ δὲ δελφῖνες ἰχθύων δίκην διώκοντες τὴν αὐγὴν, καὶ τὴν λαμπηδόνα δυσωπούμενοι. καὶ οἱ μὲν οὐκ εἰδότες ὅ, τι τὸ ὁρώμενόν ἐστι, πλησιάζουσι, μαθεῖν βουλόμενοι τὸ φοβοῦν σφᾶς τὴν αἰτίαν. εἶτα ἐκπλαγέντες, ἢ πρός τινι πέτρᾳ προσχάζουσιν ἀθρόοι παλλόμενοι καὶ δείματι, ἢ ὡς τὴν πίονα ἐκπίεσιν ὠθούμενοι, καὶ ἐοίκασι τοῖς ἐμβεβροντημένοις. οὕτω γε μὴν δακέμενοι ῥᾳδίως ἂν ἄλλῳ καὶ τριαίνῃ πατάξαι. Επὶ δὲ τοῖς ὧν θεάσονται οἱ δελφῖνες τοὺς ἁλιέας τὸ πῦρ ἀνάψαντας, ἑαυτοὺς ἐνεπιπίζουσιν. καὶ οἱ μὲν, ἠρέμα ἐπερέπουσιν· οἱ δὲ δελφῖνες, τοὺς ἀγωνίᾳ τὴν ἰχθύων φοβοῦντες ἀνθοῦσιν, καὶ τὸ δικαίου ἀπαιτοῦσιν. ἐκεῖνοι πιεζόμενοι παντοχόθεν, ἐν τρόπον τινὰ κυκλωμένοι, ἐκ τε τοῦ τότων αἱρεσίας, καὶ τοῦ νήξεως τοῦ ἑκάνων, σωτῆρα ἄφυκτα εἶναι σφίσι, καὶ πάμμεγα, καὶ ἁλίσκονται πάμπολύ τι χρῆμα. καὶ οἱ δελφῖνες προΐασιν, ὡς ἅπαντες τοῦ κοινοῦ πόνου ἐπικαρπίαν, τὴν ὀφλομένην σφίσιν ἐκ τοῦ νόμου. καὶ οἱ μὲν ἁλιῆς πιστῶς καὶ εὐγνωμόνως ἀφιᾶσι τοῖς σωτῆρσι τοῦ δικαίου μέρους, εἰ βούλονται καὶ πάλιν σφίσι συμμάχους ἀκλύτους πεῖναι, καὶ ἀπροφασίστους. πιστεύουσι γὰρ οἱ ἐκεῖ θαλαττουργοὶ, ὅτι πεπαυόμενοι ἕξουσι ἐχθροὺς, οὓς εἶχον πρότερον φίλους.

De Piſcatorum Euboicorum cõmunione prædæ cum Delphinis. Cap. VIII.

EVboicorũ hominũ ſermõe huc narratio quædã perlata eſt: illorũ piſcatores pariter æqualiterq; cum delphinis piſceis quos ceperint cõmunicare. Audio, ad huiuſmodi piſcatum tempeſtatũ quiete opus eſſe: id quod ſi acciderit, tũ de prora laternas quaſdam piſcatores ſuſpendunt, quæ etſi intra ſe ignẽ habeant, ſic tamẽ lucẽ tranſmittũt, ut ignis quidẽ obtegatur, lumẽ uerò transluceat. piſces ſplendorẽ timent, ac lucẽ uelut reuerentes ſuſpiciunt. quare inſidiarũ ignoratione obſtupeſcentes, quid ſibi uelit quod uidẽt cognituri, ut cauſam tanti ſui timoris intelligãt, appropinquare aggrediuntur. Deinde perterriti, aut ad ſaxum aliquod manent frequentes cum tremore & metu, aut ad litus impulſi exiliunt: ſic obſtupefacti, ut de cœlo tacti eſſe uideantur, facileq; iam ſit tridẽte percutere. Delphini cum ignem à piſcatoribus incendi animaduertunt, ſeipſos ſtatim ad ſubſidium ijs ferendum cõparant. & illi quidẽ ſenſim ac pedetentim remigant: ij uerò formidine exteriores impellũt piſces, eorumq; effugia reprimunt, ne quâ elabi queant. Ex delphinorũ igitur natatu, & piſcatorum remigatione undiq; in angu ſtias compulſi, quòd ſentiunt ſibi nullũ ex tantis anguſtijs exitũ patere, idcirco ſtant & manent: unde efficitur, ut eorum magnus numerus capiatur. At tum delphini uelut repetentes cõmunis laboris remunerationẽ, ſibi debitã ex illa piſcatione, procedunt. quibus prædæ auxiliatoribus bona fide & grato animo piſcatores parte ad eos pertinente cedunt. ſic enim perſuaſum his habetur, qui in re maritima uerſantur, rurſus ad piſcandũ, etiã ſi minus inuitentur, adiutores fore: ſin autem piſcatores prædam cum his cõmunicare omiſerint, hoſteis futuros, quos antè amicos habuerant.

Curioſitas & admiratio cauſa mali.

Iuſtitia in diſtributione.

Περὶ τῶν ἐλάφων πρὸς τοὺς ὄφεις διαφορᾶς. Κεφ. θ.

Quomodo Ceruus ſerpentem ſpiritus ſui attractione latibulo extractum deuoret: quodq; ſcobis etiam de cornu cerui ſuffitus ſerpentes abigat. Cap. IX.

Ἔλαφος ὄφιν νικᾷ, κατά τινα φύσεως ἰδιωτείαν θαυμασίως. καὶ οὐκ ἂν αὐτὸν διελάθοι γε δεῖ φωλεῷ ἂν ἔχθιστον. ἀλλὰ προσιράσας τῇ καταδρομῇ τοῦ δόμου οὗ ἑαυτὸν

MIrifico quodam munere naturæ ceruus ſerpentẽ uincit. neq; enim ipſum, tametſi hoſtis in latebram abditus effugere poteſt. Etenim ille naribus ſuis in ſerpentis cauernam incumbens, uehementiſsimè inſpirat: & ſpiritu ſuo quaſi

amatorio quodã alliciens extrahit, inuitũq; profert, ac nimirũ proclinantẽ foras illã mandere ingrediť. Quod hyeme facere maxime solet. Si quis etiã cerui cornua in scobẽ atterat, posteaq; in ignẽ cõij ciat, fumus inde nascens undiq; serpẽtes, ne illius quidẽ nidorẽ sustinentes, fugat.

Quẽadmodũ asini equas ineãt. Cap. X.

Corporis forma superbiæ causa, deformitas humilitatis.

INter cæteras animantes equus magno elatoq; animo est. Enimuero magnitudo & celeritas ipsa ceruicisq; eminẽtia, & crurũ facilis cõtractio, facilisq; porrectio, & ungularũ sonitus inducunt, cùm ut audacius is exultet & gestiat, insolentiusq; efferatur: tum maximè comata equa mollicie, & insolentia diffluens superbit, eamq; ob rem ab asinis se iniri indignissimè fert, ut maximo uicissim gaudio cõpleať, cum equo tanq; nuptijs sociatur, ob idq; ipsum se plurimi esse arbitratur: cuiusmodi affectus gnari, qui sibi mulos gigni uolunt, equæ iubam temerè & sine artificio tondent: posteaq; asinos admittunt. ea uerò tum mariti ignobilitatẽ, cuius prius pudebat, & cõtra quem antè resistebat, facillimè patitur. atq; eius rei Sophocles quoq; meminisse uidetur.

† al. ἀγθρίζοντες.

De Elephantorũ obedientia, docilitate, & musicæ studio. Cap. XI.

DE Elephantorũ solertia, item de uenatione ipsorũ, pauca è multis quæ alij protulere, dicta nobis sunt alibi. Nũc uerò de studio quo in musicam feruntur, disserere proposui: deq; obtẽperatione eorũ, & ingenij facilitate ad eas disciplinas assequendas, quæ ad discendũ difficiles sunt uel homini ipsi, nedũ tam ingenti feræ, & quę aliâs tãtopere animo agresti est, duroq; aduersus omnẽ pertractationẽ. Enimuero ad numerũ saltare, tibię auditione demulceri, cursum tardare ad soni tarditatẽ, secq; remittere ad remissionẽ tibiæ: rursus cũ acutè sonans impellit, festinare, discere assequi perfectè elephãtus solitus est. Neq; uerò natura modò illum summa ex omnibus animalibus magnitudine ornauit, sed & disciplina manſuetũ, & tractabilẽ ædidit. Quòd si insignem illã quã discendo obediendoq; præstat hęc bellua facilitatem apud remotas gentes, Indos, Aethiopes aut Afros, describerẽ, fortè alicui fabulã texere, & super eius natura famę mendacia proferre uideri possem: id quod hominẽ philosophum

† al. ἀ

ἑαυτὸ μυκτῆρας, βιαιότατα ἐς πνεῦ, ⸗ ἑλκῇ ὡς ἴσχυι ⸗ πνεύματι, ⸗ ἄνοντα προάγῃ, καὶ προκύπτοντα αὐτὸν ἐδίῃ ἄρχειν. ⸗ μάλισά γε ἐν χειμῶνος ὁρᾶσθαι. Ἤδη μέντοι καὶ λίτρας ἐλάφου τις ξέσας, εἶτα τὸ ξέσμα ὑπὸ πῦρ ἐνέβαλε, ⸗ ὁ καπνὸς αὐτὸν διώκῃ οὐδὲ ὄφις παντα χόθεν, μηδὲ τὸν ὀσμὸν ὑποφέροντας.

Πῶς αἱ ἵπποι ὑπὸ τῶν ἄνωθεν ἀναβαίνονται. Κεφ. ι.

ESt in malo & ex eo equus magnorum. nam neq; ex magnitudine, neq; ex celeritate ipsius, neq; ex cruris facilitate, neq; ex colli longitudine, neq; ex ungularum sonitu, ita ut audacius exultet & efferatur, tam ad fastum & superbiam: quam ex comata equa mollicie, & insolentia diffluens superbit, eamq; ob rem ab asinis se iniri indignissime fert, ut maximo uicissim gaudio cõpleať, cum equo tanq; nuptijs sociatur, ob idq; ipsum se plurimi esse arbitratur: cuiusmodi affectus gnari, qui sibi mulos gigni uolunt, equæ iubam temerè & sine artificio tondent: posteaq; asinos admittunt. ea uerò tum mariti ignobilitatẽ, cuius prius pudebat, & cõtra quem antè resistebat, facillimè patitur. atq; eius rei Sophocles quoq; meminisse uidetur.

Περὶ τῶν ἐλεφάντων εὐμουσίας καὶ εὐπιθείας. Κεφ. ια.

Περὶ μὲν τῶν ἐλεφάντων σοφίας ἔστιν ἁλῶναι. καὶ μέχρι καὶ πόλεως θήρας αὐτῶν, καὶ ταῦτα εἴπομεν, ὀλίγα ἐκ πολλῶν ἃ εἴρηται ἄλλοι. τὸ δὲ νῦν ἔχον ἐθέλω ἐρεῖν περί τε εὐμουσίας αὐτῶν, καὶ εὐπιθείας, καὶ ὅτι τὰ μαθήματα εὐκολίας, χαλεπὰ ὅμως ὄντα καὶ ἀνθρώπῳ τυχεῖν αὐτῶν, μή τι γὰρ τοσοῦτο θηρίον, καὶ ὅτῳ τίνος ἀγριωτάτῳ συγγνοίη. Χορείαν γὰρ ὀρχησικὴν, καὶ βαίνειν πρὸς ῥυθμὸν, καὶ αὐλουμένους ἀκούειν, καὶ σωφρονεῖν ἔχων διαφορᾶς, ἢ βραδυτῆτι φθόγγων, ἢ ταχυτῆτι παρορμώντων, μαθὼν οἷός τ' ἐλέφας, καὶ ἀκριβοῖ, ⸗ οὐ σφάλλεται. ὅτῳ ἄρα ἡ φύσις μεγέθει μὲν αὐτὸν μέγιστον ἀργάσατο, μαθήσει δὲ πρᾴότατον ἀπέφηνε καὶ εὐάγωγον. Εἰ μὲν δὴ ἔμελλον τὸν φῦλον τοῖς αὐτῶν εὐπάθειαν ⸗ εὐμάθειαν, ἢ τὸν φῦλον Αἰθιοπίας, ἢ τὸν φῦλον Λιβύης γράφειν, ἴσως ἂν τῳ καὶ μῦθον εὐδόκιμον ξυνὰ συμπλάσας κομπάζειν, εἶτα ὧν φύσεως καταψευδέσθαι, ὅπερ ἐχθὲς ἐγὼ φιλοσοφοῦντα αὖθις ἔπεισα, ⸗ ἀληθείας

ἀληθίας ἐρασθὴς διάπυρος. ἃ δὲ αὐτὸς εἶδεν, καὶ ἄπινα πρότερον ἐν τῇ Ῥώμῃ πραχθέντα ἀνέγραψαν οἱ ἄλλοι, προσλάβωμεν αὐτοῖς, ἐπισκοποῦντες ὀλίγα ἐκ πολλῶν, ἐξ ὧν ἔστιν ἐννοῆσαι τὴν ἀνθρώπου φύσιν τῷ τῶν ζώων ἰδιότητι. Ἡμιόνῳ μὲν ἐλέφας πρόσφατον ὄντι, καὶ ἄγαν βραδέως ὁρῶντι, ὡς θέλει καὶ τάχα προσβύτατος, ἡμῶν τὸν χρόνον, ἐρῶ πρῶτον. Θέαν ἐπιτελοῦσι Ῥωμαίοις ὁ Γερμανικὸς ὁ Καίσαρος: ἐν δὲ ἄρα ἀδελφιδοῦς Τιβερίου τοῦτο. ἐκεῖνον ἐγχώριον μὲν, καὶ ἄρρενες ἐν τῇ Ῥώμῃ πολλοὶ πλάσαι, καὶ θήλεαι: ἔνια δὲ αὐτῶν ἐτέχθησαν αὐθιγενῶς. καὶ ὅτε τὰ λῷστα ἐπῆρξαντο πήγνυσθαι, σοφὸς αὐτὸν ὁμιλεῖν τοιούτοις θηρίοις ἐπώλησεν αὐτὸς, ἀνομενίᾳ τινὶ καὶ ἐκπληκτικῇ διδασκαλίᾳ † μεταχειρισάμενος. προσῆγε δὴ αὐτὸς ἄρα ἡσυχῇ τῷ γε πρώτῳ, καὶ πρᾴως τοῖς διδάγμασι διδιάτατα ἅπαξ ἐπάγων, καὶ τροφὰς ἡδείσας καὶ ποικιλμάτων ἃς τὸ ἀγωγόν τε καὶ ἐφολκόν. ὡς εἴ τι μὲν ἦν ἀγριότητος, θᾶττον ἐκβαλεῖν, ἐπαντομολῆσαι δὲ πρὸς τὸ ἥμερον. καὶ ἄλλως γέ πως αὐθρώπῳ. ᾧ δὴ γε τὰ μαθήματα, καὶ αὐλῶν ἀκούοντας μὴ ἐκμαίνεσθαι, καὶ τυμπάνων ἀράβδου λεροτόνου μὴ ταράττεσθαι, καὶ λυγδοῦ σύριγγι. φέρε δὲ ᾧ ἵππος ἐμμελεῖς, καὶ ποδῶν ἐμβαινόντων ψόφον, καὶ ᾠδῇ συμμιγῆ. δέξεπονήθησαν δὲ καὶ αὐθρώπων πλῆθος μὴ δεδιέναι. δὴ ἂν καὶ ἐκεῖνα διδάγματα αὐδρικὰ, πρὸς τῷ φλογὸς πληγῆς καταφορᾶν μὴ θυμοῦσθαι, μηδὲ μᾶλλον ἀναγκαζομένους λυγίζειν τι τῶν μελῶν καὶ κάμπτειν ὀρχησικῶς τε καὶ χορικῶς, ἔστα ἀς θυμὸν δέξαπτεσθαι, καὶ ταῦτα ῥώμης τε καὶ ἀλκῆς δῦ ὄντας. Φύσει μὲν οὖν οὐκ πλεονέκτημα ἦδη, καὶ μάλα γόνιμον, μὴ ἔχειν ἀτάκτως, μήδε ἀπέθως πρὸς παιδεύματα αὐθρωπικά. Ἐπεὶ δὲ ἀπέφηνεν αὐτὸς ὁ ὀρχηστοδιδάσκαλος καὶ μάλα γε σοφὸς, καὶ ἀκρίβειν τὰ ἐκ τῆς παιδιεύσεως, οὐκ ἐψεύσαντο τῆς διδασκαλίας † πόνον φασὶν, ἅθα ἐπιδείξασθαι τὰ παιδεύματα αὐτοὺς ἡ χάρις σὺν δὴ καιρῷ πρεκάλει. διώδεκα μὴν γε † ἀριθμὸν, ὅσοι χορὸς ἦσαν. πρῶτον μὲν γε μὴν ἐν θεάτρῳ καὶ ἐκεῖθεν νεμηθέντες, καὶ ἵσησαν ἄβρᾳ βαίνοντες, θρυπτικῶς ἢ τὸ σῶμα πᾶν διεχεόντες. καὶ ἡμιπαίχοντο χορδυλικὰς σολὰς καὶ αὐθινάς. καὶ τῷ γε χορολέκτῃ τῇ φωνῇ μόνῃ) κατεσκευασμένοις, οἱ δὲ ὡς ἔοικε) ἦσάν φασιν, ἐπὶ θεοῦ ἐκέλευσεν ὁ διδά-

sophũ, ac ueritatis ex animo studiosum neutiquã deceret. Quamobrẽ mea tantũ spectacula, & quæ Romæ gesta prius alij quoq; in literas retulerunt, exponã: pauca è multis, quæ tamen non exiguã animantiũ naturæ cõmendationẽ afferant. Elephanto sanè ad morũ mansuetudinẽ & facilitatẽ erudito, nihil mitius, nihil ad id quod uolumus obtẽperãtius est. Sed primo ea quæ tẽpore etiã (cui suus debetur honor) priore gesta sunt, referã. Cum Tiberij Cæsaris nepos Germanicus gladiatorũ spectaculũ ædidit, plures iã grandes utriusq; sexus elephanti Romę erãt, è quib. alij pleriq; generati extiterũt: quorũ artus interea dũ cõmittebantur, & cõfir mabantur, & mẽbra infirma cõglutinabantur, peritus uir ad pertractãdos eorũ sensus animosq;, mirabili quodam disciplinæ genere eos erudiebat. Primum enim eos maxima lenitudine & mollitudine, cibos nimirũ illecebris & uarietate suauium inuitamentorũ refertos indulgẽs, ad disciplinam informabat: ut si quid esset agreste, expelleret: ex feritate ad mansuetudinẽ, & quasi ad humanitatẽ quandam transformaret: sicq; eis moderabatur, ut feritate expulsa, disciplinis & musicæ studio operã darẽt, tibiarũ tympanorũq; sono nihil exterrerentur, fistulis oblectarentur: pedũ ingredientiũ strepitũ, cantũq; miscellaneũ ferrent. eos prẽterea exercebat ad nõ formidandã hominũ multitudinem. Illa uerò uirilis disciplina accedebat, non ad grauẽ plagarũ ictũ excandescere, coactos membrũ aliquod concinnè & ad saltandum flectere, non iracundè (cum essent maximo robore præditi) incitari. Quis hoc non egregiæ & generosæ indolis argumentum dixerit, belluam hominis disciplinæ & imperio, nõ aduersam nec immorigeram se præbere? Cùm igitur magister elephantorum spectaculũ æderet, ij tempore suo specimen dederunt, se recte institutos esse, illũq; in seipsis erudiẽdis nõ operã perdidisse ostẽderunt. nam duodecim numero theatrũ ingressi, cõpositò gradu incedebant, in diuersas theatri partes diuisi, ac molliter ingredientes toto corpore diffluebant, miro ornatu, nimirũ stolis saltatorijs & floridis induti, solaq; magistri significatione uocis ordinatim instructi, ut ferũt,

† al. χρισάμενος.

gradiebantur. Ac uerò rursus, si illis hoc imperaretur, in orbē saltabāt: eundemq; orbem ad imperantis uocem denuo soluebant & explicabant. Atq; nunc flores pauimentum ornabant spargentes, idq; parcè & modestè: nunc pedibus terram pulsantes concinnam & moderatam saltationē una consensione obibant. Damonem igitur, & †Epentharum, & Aristoxenum, & Xenophilum, & Philoxenum, ac alios plerosq; pulcherrimè musica eruditos inter paucos huius peritos existimatos fuisse, mirificum quidem: at non certè incredibile, neq; ratione alienum fuit, cū homines essent rationis participes, ualuisse ui intelligendi, ac ratiocinandi. At uerò animal rationis expers numeros & cantum percipere, formam & ornatum tenere, non à saltandi moderata elegantia aberrare, quæ didicerit repetere posse, hoc naturæ donum est, simulq; uis quædam admodum singularis. Illa uerò uel ad ridiculè insaniendū præ admiratione spectatorem inducere possint, in theatri harena humiles lecticas spectare, & eis impositos lectos, eosq; uario stragulo textili & magnificis operibus picto opertos, copiosæ alicuius & uetustæ familiæ testimonium: lauta item pocula, & argenteas crateras, aureasq;, permulta aqua repletas, mensasq; magnificas è thyo & ebore, perquam superbas, tanto pane & carnibus extructas, ut uel edacissimorum animalium uentrem implere potuissent. Omnibus ita abunde apparatis, conuiuæ intromissi sunt elephanti. mares sex, uirili ueste induti, totidemq; fœminæ, stola muliebri ornatæ, decorè epulis accubuere. tum signo percepto, in mensam promuscides tanquā manus modestas porrexerunt, summaq; cum moderatione epulati sunt: neq; ex ipsis quispiā uisus est uorax, neq; uel delicatioris uel maioris partis auidior, ut Persa ille apud aureū illū Xenophontē. Cùm esset bibendū, unicuiq; cratera exhibebatur. & hi quidem promuscidibus potionē hauriētes, moderatè bibebant: deinde circūstantes leuiter & festiuè, sine contumelia aspergebāt. Non pauca ciusmodi, de ingenio & natura ꝓpria horū animaliū, admirabilia alij scripserunt.

† al. Ἐπίθαρον. ✦ al. Epitharum, al. Spintharum.

† τύλιον fortè diminutiuum à τύλη. an lectus tomento fartus?

† al. ἀπειρά ψαντο.

Ego

ὁ δὲ διδάξας. ἔτ' οὖ πάλιν πολὺ ἐρχοντο ἐς κύκλον ἱστασομένοντ' ἰέναι ταύτη: καὶ ἐ δ' ἐλεύθη ἴδοι, ἔπραττον αὐτό. καὶ ἄνθη μὲν τοι ῥιπτοῦντες, ἐνώσμουν τὸ διάπεδον οἷόν, μέτρῳ καὶ φιδοῖ ἰόντες. αὐτίκα δ' ἐπεκτύπουν τοῖς ποσὶ, χόρειόν τι καὶ συμμελὲς ὁμορρόθοῦντες οἱ αὐτοί. Δάμωνα μὲν δὴ καὶ Σπίνθαρον † καὶ Ἀριστόξενον, καὶ Ξενόφιλον, καὶ Φιλόξενον, καὶ ἄλλους ἐπαίειν μουσικῆς κάλλιστα, καὶ ἐν ὀλίγοις ἀξιτάζεσθαι τὴν σοφίαν, θαυμαστὸν μὲν, ἄπιστον δὲ οὐ παλαιὸν οὐδαμῶς. τὸ γὰ αἴτιον, ἄνθρωπός ὅτι ζῶον λογικόν, καὶ νοῦ καὶ λογισμοῦ χωρητικόν. ζῶον γὰ ἀναρθρον σωιέναι καὶ ῥυθμοῦ καὶ μέλους, καὶ φυλάττειν ἁρμα, καὶ ἐμμέλειαν μὴ παστρέπειν, καὶ ἀκριβοῦν τῶν διδαχθέντων τὴν ἀπαίτησιν, φύσεως δῶρα ταῦτα ἄμα, καὶ ἰδιότης ἑκάστου ἐκπληκτική. Τὰ δὲ ἐπὶ τούτοις, καὶ ἐκμανῆναι τὸν θεατὴν ἱκανά. χαμαιζήλων λιτνῶν ὡς σιβάδες ἐν τῷ ψάμμῳ τοῦ θεάτρου τεθεῖσαι, εἶτα ἐκλεξάντες † τυλία. ἐπὶ τούτοις στρωμνὴ ποικίλη, καὶ οἰκίας μέγα εὐδαίμονος καὶ παλαιοπλούτου σαφῶς μαρτύρια. καὶ κυλίκια λίθου τολυτελῆ πανάμωνα, καὶ κρατῆρες χρυσοῖ καὶ ἀργύρεοι, καὶ ἐν αὐτοῖς ὕδωρ πάμπολυ, καὶ τράπεζαί τε πλέκαντο θύου τε καὶ ἐλέφαντος, οὗ μάλα σοβαραί. καὶ δὴ ἐπ' αὐτῶν ἱερεῖα ἐπὶ ἄρτοι, παμβοροτάτων ἐμπλῆσαι ζώων γαστέρας ἱκανά ταῦτα. ἐπεὶ δὲ τὸ παρασκευῆς ἐκπλεά τε καὶ ἀμφιλαφῆ δὴ, πλῆθος οἱ δαιτυμόνες: ἐξ μὲν ἄῤῥενες, ἰσάριθμοι δὲ αἱ θήλειαι αὐτοῖς. καὶ οἱ μὲν ἐλέφαντες, ἀῤῥενωπὸν σολὴν ἔχον: αἱ δὲ, θῆλυ. καὶ κατεκλίνθησαν σὺν κόσμῳ, σωσιναδφύντες ἄῤῥέν τε καὶ θῆλυ. ἐπὶ ἱστασομένοντ', τὰς προβοσκίδας ὡς χεῖρας εὐσχολασμένας προὔτειναν, ἐν ἰσιτόνῳ οὗ μάλα σωφρόνως. καὶ οὔτε τις αὐτῶν ἐδόκει ἀφάτως, ὅτι μὴ προσφθύς τις, ἢ περὶ μοίρας ἢ μάζον ἁρπακτικὸς, ὡς ὁ Πέρσης ὁ παρὰ τοῦ Ξενοφῶντι τοῦ χρυσοῦ. ἐπεὶ δὲ πόνῳ ἐδίῃ, ἑκάστῳ ἱρατὴρ παρετέθη, καὶ ἀρυτόμενοι ταῖς προβοσκίσι τὸ ποτὸν, ἔπινον εὐσταθῶς. εἶτα ἀπέῤῥαινον σὺν παιδιᾷ, καὶ οὐχ ὕβρει. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα † ἀπειράψαν τοιαῦτα ἢ ἰδιότητος τῶν δὲ ζώων σοφὰ καὶ ἐκπληκτικά. Ἐγὼ δὲ εἶδον καὶ γράμματα γράφοντα οἷν ποινικοῦ Ῥωμαϊκὰ ἀσραβῶς τῇ προβοσκίδι καὶ ἀτρέπτως: πλὴν

πλὴν ἐπίκειται χάρις τῷ διδάξαντι, εἰς τὴν τῶν γραμμάτων παιδαγωγοῦσα πρόνοιαν, ἐστὶ γὰρ ἀποχράψαι τὸ ζῷον. ὁ δ' ἀτρὸς ἑώρακε κάτω. πεπαιδευμένους εἶναι τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ ζώου, καὶ γραμματικοὺς ἄπους ἄν.

Περὶ λαγωοῦ ἰδιότητος.

Κεφ. ιβ.

ΕΧει μέντοι καὶ ὁ λαγωὸς συμφυᾶς ἰδιότητας. ἐκπετάμενοις μὲν γὰρ τοῖς βλεφάροις καθεύδει. καταγορᾶ δ' αὐτοῦ τὰ ἔτη, τραύλας τινὰς ὑποφαίνων. φέρει δὲ καὶ ἐν τῇ νυδύῖ τὰ μὲν ἡμιτελῆ, τὰ δ' ὡδίνει, τὰ δ' ἤδη οἱ τέτοκται.

Περὶ τοῦ τῶν ληστῶν ἡγεμόνος.

Κεφ. ιγ.

Τὰ λύκτη τὰ μεγάλα ὀλίγα πάντα αὐδυλωῶν, δεῖται τοῦ ἡγεμόνος, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐκάνου ἄγεται. ἔστι δ' ἰχθὺς † μακρὸς καὶ λευκὸς, τὴν κεφαλὴν προμήκης, σχῆμα αὐτῷ τὸ οὐραῖον συμπέφυκεν, ὡς οἱ τέτταρα λέγουσι σοφοί. ἅτε δ' αὐτὸν ἐκάνου προδείκνυσι καὶ κήτει ἡ φύσις ἑκάστῳ, ἅτε φιλίᾳ αὐτῶν ἐκὼν πρόεισιν, οὐκ οἶδα. φύσεως δ' ἂν ἀνάγκη εἶναι τὸ πραττόμενον, μᾶλλον πεπίστευκα. νήχεται γοῦν ὁ ἰχθὺς οὐδέποτε αὐτῷ, πρόεισι δὲ τοῦ λύτους λιφαλῆς, καὶ ἡγεμὼν ἐστὶν αὐτοῦ, καὶ ὡς ἀπὸ σκοπῆς ὄντος. προορᾷ γὰρ ἐκάνῳ τὰ πάντα, καὶ προαισθάνεται καὶ αὐτῷ, καὶ προδιδάσκει ἕκαστα τοῦ οὐρᾶς καὶ ἄκρῳ, καὶ παύεται τούτῳ, καὶ ἐδωκε σώθημα. καὶ τὴν μὲν φοβερῶν ἀνέσειλεν, ἐπί γε μιλῶ τὰ θρέψοντα προάγει. καὶ τῶν ἐκ τῶν θηρατῶν ἐπιβουλὴν διδάσκει σημάῳ τινὶ ἀτεκμάρτῳ, ᾧ καὶ † τῶν τόπων ὧν οὐ χρὴ τοσοῦτον θηρίον ἐπιβαίνειν, προμηνύει. ἵνα μήποτε ἅρδην εἰς ἕρμα πορευθεὶς, ἀπόληται. Η τοιαύτη τοῦ βίου ὑποθέσις καὶ μεγίστῳ, τῷ βραχίστῳ ὄντι. ἔοικε δὲ καταπιανθεὶς τὸ ζῶον μήτε ὁρᾶν ἔτι, μήτε ἀκούειν· εἶναι δὲ πρόβλημα καὶ τοῦ ὄψεως, καὶ τοῦ ἀκοῆς τῶν σαρκῶν τὸν ὄγκον. οὐχ ὁρᾶται δὲ † τοῦ λύτους ἔρημος· ἀλλ' ἀνάγκη τοῦ πάντων αὐτῷ τῶν προειρημένων αἰτίου, προαπολωλότος, καὶ ἐκεῖνο ἀπολεῖσθαι.

Περὶ

Ego rectè & ordine in tabula quadã latinas literas uidi elephantum scribere: ueruntamẽ docentis manus subijciebatur ad literarum figuram & lineamentũ instituens animal: cumq; elephantus scriberet, eius oculos immotos, & deiectos esse perspexi, ut grammaticum quendam dixisses.

De Leporis somno, ætatis indicijs, & fœcunditate. Cap. XII.

QVędam propria lepori à natura ingenerata sunt. Palpebris patentibus somnum capit. Eius annos indicãt foramina quædã. nam quot sunt illi corporis cauernæ (ad excrementa) totidem annos ætatis agit. Vno & eodem tempore quædam in utero inchoata & imperfecta fert, alia parturit, alia modò peperit.

De pisce duce cetacei generis. Cap. XIII.

† fortè μικρὸς.

OMne ferè cetaceũ genus, præter canes, duce ad sibi moderandũ eget, illiusq; oculis ducibus ad uidendum utitur. Is autem dux est, quemadmodum harum rerum periti testãtur, longus piscis, colore albo, capite prælõgo, angusta cauda. Húncne ducem unicuiq; cetaceo natura dederit, an amicitia quadam is adductus, cetũ ultro antegrediatur, haud scio planè, sed id tamen factum naturæ ui potius arbitrarer. nam hic separatim nunquam ab illo nauigat, sed ante huius caput antecedens, ipsius dux existit, ac ueluti clauus. etenim cũcta illi & prouidet, & præsentit, caudæq; extremo præmonstrat singula: hac parte cetum contingit, & monet. sic horribilia formidolosaq; inhibet, sic cibaria conciliat, insidiasq; à piscatoribus positas signo quodam suo ostendit: atq; quem locum propter magnitudinem ipsum adire non oporteat, pręsignificat: nequando latenti alicui alisus petræ aut infixus, funditus pereat. Quod mirum uideri debet, minimam bestiam maximo animali uitę causãm afferre. Videtur autẽ cum bellua huiusmodi ad pinguitudinem peruenit, amplius nec uidere nec audire posse, carnium mole & uidendi & audiendi uiam intercludente, & obstruente horum sensuum meatus. Nunquam autem cetus sine hoc duce apparet. nam si is, quo ad necessaria utitur, perierit, illi quoque pereundum est.

Maximos etiã minimorum ope indigerẽ.

† τὰς τόπους

† fortè τοῦ λύτος ἔρημος.

De

De Chamæleonte colores ſuos mutante. Cap. XIIII.

Inconſtantia.

CHamæleon animal non uno atq; eodem colore proprio ſpectatur: ſed & ſeſe furtim ſubducit, & uidentiũ oculos ueluti perſtringit. Nam nigro colore ſi eũ offendis, mutat ſe ipſe, & aliud coloris genus inſtituit, ac ſe cito in uiriditatẽ inuertit, quaſi mutatione ueſtiũ facta. & alius rurſus uiſus, albũ coloré, tanq; aliã perſonam hiſtrio, ſic induit. Quæ cùm ita ſe habeant, dixerit aliquis naturã, etſi non ueneficijs ueluti Medea quæpiam aut Circe attrectet aut illinat, tamen ipſam quoque ueneficam eſſe.

† fortè *λατα-ψῶσαν* uel *λατα-ψήσασαν*.

De Pompylis piſcibus, qui naues comitantur, quandiu in alto mari procul à cõtinente feruntur, nec unquã propius terram accedunt. Cap. XV.

Alij πομπίλον ſcribũt † al. φιλησλέντα.

POmpyli piſces pelagij, omnium maximè piſciũ quos auditione accepimus, in ima ſede maris uerſari ſolent: ſiue ipſi terram malè oderũt, ſiue hæc illorũ odio tenet. Hi autẽ ſic circũ naueis altũ ſecantes tanquã amicas concurſant, easq; huc illuc ſaltantes ſtipant. Et homines quidẽ qui naui uehũtur, quantũ à terra abſint prorſus ignorant: & ipſi etiã nautæ à uero aberrare ſolent. At Pompyli tanquã ſagaciſſimi canes, qui propinquam præſentiunt prædam, ſic terrã non longè abeſſe, antè multò ſentiũt. idcirco non tanto amplius ſtudio nauiũ tenentẽ, longius eos ut perſequi comitando uelint: ſed quaſi ſigno ad abeundũ ſublato, frequentes in altum redeunt. Vnde nautæ continentẽ, tametſi non facibus eam aſſequuti, ſed à Pompylis eruditi, propinquam eſſe ſentiunt.

† al. προνέοντες.

† al. ἀ πλέον γάρ, fortè ἀπλέον legendum.

† ἀπίασι.

De Tarando colorem non in pelle tantum ſed etiã pilis mutante. Cap. XVI.

RVborẽ, palloré, liuoré, homini & beſtijs cutẽ mollem habentibus, & minimè uilloſis, accidere, nihil mirũ: Tarandus uerò ſeipſum cum uillis ſuis uertit, milleq; colorũ ſpecies cũ ſummo uidentium ſtupore reddit. Scythicũ id animal eſt, dorſo & magnitudine tauro ſimile: eius corium ne ſpiculo quidem penetrari poteſt. quamobrem eo Scythę ſua ſcuta inducunt.

De

Περὶ χαμαιλέοντος. Κεφ. ιδ.

ΧΑμαιλέων τὸ ζῶον εἰς ἰδίαν μίαν χρόαν οὐ πέφυκεν οὔτε ὁρᾶσθαι οὔτε γνωρίζεσθαι. λελάθηκε γὰρ ἑαυτὸν πλανῶν τε ἅμα, καὶ παρατρέπων τὴν τῶν ὁρώντων ὄψιν. ἀγαθὸς γὰρ πρὸς τύχοις μέλανι τὸ εἶδος, ὅδε ἀλλοιοῖ τὸ μόρφωμα εἰς χλωρότητα, ὡσπερεὶ μεταμφιασάμενος. εἶτα μέντοι ἄλλοις ἐφάνη λευκότητα ὑποδύς, καθάπερ πρόσωπεῖον ἕτερον, ἢ σοφὸς ὑποκριτὴς ἄλλο. ἐπεὶ τοίνυν ταῦθ' ὅτως ἔχει, φαίη τις ἂν καὶ τὴν φύσιν μὴ †λαθέψασαν, μήδ' ἐπιχέσασαν φαρμάκοις, ὡσπερεῖ ἢ Μήδειάν τινα ἢ Κίρκην, καὶ μέντοι γε ἐκείνην φαρμακίδα εἶναι.

† λαταψῶσαν uel λαταψήσασαν.

Περὶ τῶν ἰχθύων τῶν καλουμένων πομφύλων. Κεφ. ιε.

ΠΟμφυλον † πελάγιον, ἢ βυθῷ † φιλησόντα εἰδέναι χρὴ μάλιστα ἰχθύων ὧν ἴσμεν ἀκοῇ. μισεῖ δὲ ἢ αὐτὸς τὴν γῆν, ἢ τὸν ἰχθῦν ἐκεῖνον. τιμνύσας δὲ ἄρα μέσον τὸν πόρον τὰς ναῦς, οἵδε οἱ πόμφυλοι ὑπερθοῦν ἑρμιλιᾶς † προσνέοντες δορυφοροῦσι, καὶ ἐκεῖθι πολὺ ἔρχονται χορεύοντες ἢ δι' εὖρος, ἅμα καὶ παίζοντες. οἱ μὲν οὖν πόρρω πάντες, ὁπόταρ ἀφεσαίαι τῆς γῆς οὐ † δ' ἔον, αὐτοῖς εἰδέναι πάρεισι δήπου. οἱ δὲ ναῦται καὶ παίδων μέντοι καὶ αὐτοῖς τὸ ἀληθὲς ἄωθεν. ἀλλ' οἵγε μὲν πόμφυλοι μακρόθεν ἤδοντο δίκην ἰυγίνων ἰωὸς τὸ θέραμα ἐλάσσης τάχισα, ἐξ οὗ τοσοῦτον αὐτοὺς ἵρως νεὼς διαταλαμβανῇ, ὡς παμένῃ. ἀλλ' οἷα ὑπὸ σωθήματι ἀθρόοι γίνοιντο, πάντες † ἀπιόντες, καὶ ἴσασιν ὑπεύθεν οἱ τῆς νεὼς ἄρχοντες ὅτι ἄρα χρὴ πορίζειν ἡμῖν, οὐ πυρσοῖς τεκμαιρομένους, ἀλλὰ τοῖς προφρημένοις πεπαιδευμένους.

† ἀπιόντες.

Περὶ τοῦ ζῴου τοῦ καλουμένου ταράνδου. Κεφ. ιε.

ΕΡυθήματα ἅ ποτε ἐπανατείλει, ἐξ ἀχρίασις, καὶ γηρᾷ πελιδνόν, καὶ ἀνθρώπῳ ταῦτα καὶ θηρίοις, ἀλλ' ὦδε φιλῆς ἢ δορᾶς, καὶ τριχῶν γυμνῆς, θαυμαστὸν οὐδέν. τάρανδος δὲ τὸ ζῶον, ἀλλ' οὗτός γε βρίξειν αὐταῖς τρέπει ἑαυτόν, καὶ πολύχροιαν ἐργάζεται μυρίαν, ὡς ἐκπλήττειν τὴν ὄψιν. ἔσι δὲ Σκύθης, ἢ τὰ νῶτα παραπλήσιος ταύρῳ, ἐξ τὸ μέγεθος. τόξα τοι καὶ τὴν δορὰν ἀναθεῖναι αὐτίπαλον αἰχμῇ, τοῖς αὐτῶν ἀσπίσι πορίτανυσι, νοοῦσι καὶ οἱ Σκύθαι.

Περὶ

Περὶ τῆς ἐχενηίδος.
Κεφ. ιζ.

Πελάγιος ἰχθὺς τὴν νῆξιν, τὴν ὄψιν μέλας, τὸ μῆκος ἴσος τῷ μεμετρημένῳ ἐγχέλυι, λαχὼν δι' ὧν δρᾷ τὸ ὄνομα. θεόσπνοι, καὶ μάλα γε δι' ἐρίας, & τῶν ἱσίων ἐπικολπωμένων προσφθαρεὶς, καὶ τῆς πρύμνης ἐπ' ἄκρον ἐλακὼν, ὡσπερεὶ ἵππον σιμὸν ἀπέβη, καὶ τραχὺν χαλινῷ σκληρῷ βιαιότατα ἀνακρούσας, ἀνασείλῃ τ' ὁρμῆς, καὶ περιλήσας ἔχῃ. καὶ μάτην μὲν τὰ ἱσία †πάντα πέπρησαι, εἰς ἀδὴν δὲ φυσῶσιν οἱ ἄνεμοι. ἄχος δὲ ἔχει τοὺς πλέοντας. σωιᾶ σι δὲ οἱ ναῦται, καὶ ἡ νεὼς γνωρίζουσι τὸ πάθος. καὶ φωτεύθην ἐκτήσατο τὸ ὄνομα: ἐχενηίδα γὰρ καλέουσιν οἱ περιφρανθέντες.

De Echeneide id est Remora piscę, qui naueis moratur. Cap. XVII.

ECheneis pelagius piscis, aspectu niger, longitudine cum mediocri Anguilla æquandus: nomen à rebus quas agit habet, ab inhibendis nauibus. Nauis enim secundo uento, & plenis uelis propulsæ extremam puppim mordicus premens, tanquā indomitū atq; effrenatum equum freno robusto inhibens, uiolentissimè ab impetu reprimit, & constrictā tenet: frustraq; uentis uela dantur, frustra uenti afflāt: quę res uectores angit, & sollicitos uehemēter habet. Nautæ uerò rei causam intelligunt. Hinc nomen impositum piscī, quem olim eius uim experti Echeneida Græcè, hoc est Remoram nauium appellarunt. †al. μίσα.

Γῶς ἀποσάιεται ἰμπεσόντα οἱ ἀκόντια ὁ ἐλέφας. Κεφ. ιη.

Quo remedio telis confixi Elephanti utantur. Cap. XVIII.

ΑΝαβαίνῃ μὲν καὶ ἡ τέχνη εἰς τριγονίαν διὰ σκαλίδος ἀπὸ τῶν Ὁμήρου ἡρώων τε καὶ φαρμάκων δεομένη. παιδεύεται μὲν γὰρ ὁ Μενοιτίου Πάτροκλος ὑπ' Ἀχιλλέως ἰατρικήν. Ἀχιλλεὺς δ' ὁ Πηλέως ὑπὸ Χείρωνος, τοῦ Κρόνου. καὶ φ' ἥρωσί τε καὶ θεῶν παισὶν ἦν τὰ μαθήματα, ὁπόσα φύσιν εἰδῆναι ῥιζῶν, ἢ πόας ἀφελοῦς χρῆσιν, & φαρμάκων ἰᾶσιν: καὶ ἐπῳδάς, εἴστε φλεγμονὴν αὐτιπάλλει, καὶ ἀνασεῖλαι αἷμα, καὶ ὅσα ἄλλα ἐκεῖνοι ἤδεσαν. Καὶ μέντοι καὶ οἱ τὸ χρόνου κάτω φ' ἥρωσί τε καὶ θεοῖς ἀνίχνευσαν ἔτι ἄλλα. Τούτων δὲ τῶν σοφισμάτων ἡ φύσις ἐδέησεν ἰδέσθαι. καὶ ἰατρεύεται ὁ ἐλέφας. ὅταν γὰρ εἰς αὐτὸν ἔλθῃ δόρατα καὶ βέλη πολλὰ, ἐλαίας πάσας αὖθις, ἢ ἔλαιον αὐτὸ, ἅττα πῶν τὸ ἰμπεσὸν ἀπεσάσατο, καὶ ἔστιν αὖθις ὁλόκληρος.

ARs & doctrina curandi uulnera apud Homerū per manus, uel ad tertiam usq; ætatem traditur. Patroclū Menœtij filium Achilles Pelei filius medicinam docet, Achillē uerò Chiron erudit. Disciplinas nimirū heroes tantū, & deorum filij exercebant: & radicū naturā, uarium herbarum usum, pharmacorū temperationē, cantiones tum inflammationibus, tum reprimendo sanguini propitias, & alia quædam nouerant. Nonnulla etiā his inferiores tēpore heroes ac dij inuenerūt. Quibus q̄ natura parum egeat, elephātus docet. cū enim uel hasta uel sagitta ictus est, oleæ flore ingesto uel oleo ipso, defixa tela expellit: atq; huiusmodi ratione ad incolumitatem restituitur.

Γῶς ἀφρῳδῶσί τε καὶ ἀπλάτουσι τὰ ἑωυτῶν βρέφη αἱ ἄρκτοι. Κεφ. ιθ.

Quemadmodum fingant & efforment suos catulos ursæ. Cap. XIX.

VRsarū pariendi ratio permira uidet. nam neq; catulū (perfectum) in lucem ędit, neq; quisquā mox à partu uidēs tam informem tamq; rudem fœtū, ursam ędidisse uitalem fœtū iudicaret. simul enim ac in lucem hæc ędidit, statim carnem illam nulla uitalis figuræ uestigia, nullāq; animalis effigiem retinentē, amore complectitur, catulum agnoscit suū, ac eum in sinu gremioq; fouet, & lingua fingit sua, & paulatim in conformationē quandam sic effingit, ut aspiciēti iam catulus ursæ hic esse uideatur. Maternus in prolem affectus.

Περὶ

De

De Bubus Erythræis sua cornua mouentibus. Cap. XX.

TAuris omnibus rigida & minimè flexibilia existũt cornua: eamq; ob rem cornibus perinde armati furibundè appetunt, atq; homines armis hostem feriunt. Erythræi autem boues mobilia simi liter cornua ut aures habent.

De draconibus maximis in Aethiopia, quos elephantorũ interfectores nominant: & alijs in Phrygia, qui aues ex aere spiritu attrahant interdiu: & uesperi pecora & pastores inuadant. Cap. XXI.

δὲ φάλαγγα σωτεταγμένοι τῶν πολεμί-
ων οἱ ἵππεῖς. καὶ ὁ πρῶτον σφάλμα ἐς τὰ
τὰ πρόντα χαλεπὸν, ἐμ δὲ τῇ ἐκείνων ταῦτος
τῶν πολεμίων λείσιν σφαλερόν. Ἀλέξανδρος
ὁ, ταῦτα μὴ ἔφη, ὦ Παρμενίων, γιγνώσκω,
αἰχνύομαι δ' ἐγὼ μὲν Ἑλλήσποντον δι' ἕβδο-
ήκοντα, ἂν δὲ σμικρὸν ῥεῦμα (οὕτω τῷ
ὀνόματι τὸ Γρανικὸν ἐκφωνήσας) ἄρξῃ ἡ-
μᾶς τοῦ μὴ διαβαίνειν, ὡς ἔχομεν, αἰσχρόν ἐ-
στι πρὸς Μακεδόνων τὸ δόξης, οὔτε πρὸς τὸ
ἐμᾶς δὲ οὐ δικαίως ἐξύστητον ποιῆσαι:
ἀναθαρρήσαντά τε ἅπαντα τὸν Πέρσας, ἀξιομά-
χους Μακεδόσιν ὄντας, ὅτι ὀλίγῳ ἄξιον τοῦ
σφῶν δέους φανῆναι παρασκευάσαι ἔπαθον. Ταῦ-
τα εἰπὼν, Παρμενίωνα μὲν, ὧν τὸ εὐώνυμον
λείρας πέμπει ἡγησόμενον, αὐτὸς ἦ ὧν τὸ δε-
ξιὸν ἤγαγε. Προεστάχυσαν ἢ αὐτῷ τὸ μὲν
δεξιὸν, Φιλώτας ὁ Παρμενίωνος, ἔχων οὐς ἱ-
ταίρους οὐς ἱππέας, καὶ οὐς ὑξότας, καὶ οὐς
Ἀγριᾶνας οὐς ἀκοντιστάς. Ἀμύντας ἢ ὁ Ἀρ-
βαίου, τοὺς τε σαρισσοφόρους ἱππέας ἔ-
χων, Φιλώτᾳ ἐπετάχθη, καὶ τοὺς Παίονας, καὶ
τῷ ἴλῃ τοῦ Σωκράτους. ἐχόμενοι ἦ τούτων,
ἐτάχθησαν οἱ ὑπασπισταὶ τῶν ἑταίρων, ὧν
ἡγεῖτο Νικάνωρ ὁ Παρμενίωνος. ὧν δὲ τούτοις,
ἡ Περδίκκα τοῦ Ὀρόντου φάλαγξ. ὧν δὲ,
ἡ Κοίνου τοῦ Πολεμοκράτους. ὧν ἦ, ἡ Κρα-
τεροῦ τοῦ Ἀλεξάνδρου. ὧν δὲ, ἡ Ἀμύντου τοῦ
Ἀνδρομένους. ὧν ἦ, ὧν Φίλιππος ὁ Ἀμύν-
του ἦρχε. Τὸ δὲ εὐώνυμον, πρῶτοι μὲν οἱ
Θεσσαλοὶ ἱππεῖς ἐτάχθησαν, ὧν ἡγεῖτο Κά-
λας ὁ Ἀρπάλου. ὧν δὲ τούτοις, οἱ ξύμμαχοι
ἱππεῖς, ὧν ἦρχε Φίλιππος ὁ Μηνελάου. ὧν
δὲ τούτοις οἱ Θρᾷκες, ὧν ἦρχεν Ἀγάθων. ἐχό
μενοι ἦ τούτων τοῖσδε, ἥτε Κρατεροῦ φά-
λαγξ, καὶ ἡ Μελεάγρου, καὶ ἡ Φιλίππου, ἐς τὸ
ὧν τὸ μέσον τῆ ξυμπάσης τάξεως. Πέρ-
σῶν δὲ ἱππεῖς μὲν ἦσαν ὧν πρισμυρίους, ξέ
νοι ἦ τοῖσδε μισθοφόροι ὀλίγῳ ἀπολείποντες ὧν
δισμυρίων. ἐτάχθησαν ἦ τῆ ἵππῳ πε-
ρατείνοντες τῷ ποταμῷ, ἐπὶ τῷ ὄχθῳ
ὧν φάλαγγα μακράν, τοὺς ἦ πεζοὺς καθόπιν
τῶν ἱππέων. καὶ γὰρ ὑπερβλήδην μὲν τὰ ἐπὶ
τῷ ὄχθῳ χωρία, ἡ δὲ Ἀλέξανδρον αὐτὸν κα
θεώρων, δῆλος γὰρ ἦν, τῇ τε ὁπλῶν τῇ λαμ
πρότητι, καὶ τῷ ἀμφ' αὐτὸν τῇ σιῶ ἐκπλή-
ξει θεραπείᾳ, ἐπὶ τὸ εὐώνυμον μὲν σφῶν ἐ-
πέχοντα, ταύτῃ πυκνὰς ἐπέταξαν τῇ ὄχ-
θῃ τὰς ἴλας τῶν ἱππέων. χόνον μὲν δὴ ἀμφὸ
τέρα τὰ στρατεύματα ἐπ' ἄκρου τοῦ ποτα-

μοῦ

μοῦ ἐφιεσῶτδν, ὑπὸ τ᾽ ἠ μέλλομ ὀκνεῖμ, ἡσυχίαμ ἦγομ. ἐν σιγῇ δὴ πολλὴ ἀφ᾽ ἑκατέρωμ. οἱ μὲ Πέρσαι πδσέμενομ αὐδ Μακεδόνας ὁπότε ἐσβήσονζ δδ τ᾽ πόρομ, ὡς ἐπὶκ σόμενοι ἐκβαίνουσιμ. Ἀλέξανδρος δὲ ἀναπηδήσας ὧδι τ᾽ ἵππομ, καὶ πδς ἀμφ᾽ αὐτὸμ ἐγκελευσάμενος ἑπεσθαί τε ἐν ἄνδρας ἀγαθοὺς γίνεδαι, οὐ μὴ πδδρόμους ἱππέας, καὶ μὲν ἐ αὐ Γαίονας, πδιμβαλὼμ εἰς τ᾽ ποταμὸμ ἔχοντα Ἀμύνταν τ᾽ Ἀρραβαίου καὶ τδν πεζῶμ μίαν τάξιμ, ἐ πδ τούτωμ τ᾽ Σωκράτους ἴλλαν Πτολεμαῖόμ τ᾽ Φιλίππου ἄγοντα, ἣ δὴ καὶ ἐτύγχανε τδι ἡγεμονίαν ἱππικδ πᾶσαν ἔχουσα ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· αὐτὸς δ᾽ ἄγωμ τὸ δεξιὸμ κέρας ὑπὸ σαλπίγγωμ δὲ φωναλίῳ ἀλαλάζοντας, ἐμβαίνει δδ τ᾽ πόρομ, λοξδι ἀεὶ πᾷ τάνωμ τ᾽ τάξιμ, ἣ πᾷ᾽λκε τὸ ῥεῦμα· ἵνα δὴ μὴ ἐκβαίνοντι αὐτῷ, οἱ Πέρσαι τῷ κέρας † πδστύπτοιεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὡς αὐσομ τῇ φάλαγγι πδσμίξῃ αὐτοῖς. οἱ δὲ Πέρσαι ἦ πρῶτοι οἱ ἀμφὶ Ἀμύνταν ἐ Σωκράτει πδσέχομ τῇ ὄχθῃ, ταύτῃ μὲ αὐτοὶ αὖωθεν ἐβαλλομ· οἱ μὴ αὐτδν ἀκρ᾽ τ᾽ ὄχθης δδ ὑπερδεξίᾳ δδ τ᾽ ποταμὸμ ἐσακοντίζοντδν· οἱ δὲ μ᾽ τὰ χθαμαλώτερα αὐτ᾽ ἐς τε ὧδι τ᾽ ὕδωρ καταβαίνοντδν. μὲ δὴ δδν τ᾽ ἵππων ἀθισμὸς, δδν μὲν, ἐκβαίναι ἐκ τδ ποταμδ, δδν δ᾽, ἐργαι τ᾽ ἐκβασιν. ἐ παλδν ἀκρ᾽ μὴ τ᾽ Περσδν πολλὴ ἄφεσις. οἱ Μακεδόνδν δὲ ξιδ βέλεσι δόρασιν ἐμάχοντο. ἀλλὰ τδ τε πλήθ πολὺ ἐλασσόμενοι Μακεδόνδν, ἐκακοπάθεον μ᾽ τῇ πρώτῃ πδσβολῇ. καὶ αὐτοὶ δ᾽ ἀβεβαίᾳ τε μὲ ἅμα κάτωθεν ἐκ τδ ποταμδ ἀμυνόμενοι. οἱ μ᾽ Πέρσαι, δ᾽ ὑπερδεξίᾳ τ᾽ ὄχθης, ἄλλως τε καὶ τὸ ἰσχυρότατον τ᾽ Περσικδν ἵππου ταύτῃ ἐπετέτακτο, οἵ τε Μέμνονος παῖδες δν, καὶ αὐτὸς Μέμνωμ μετὰ τούτωμ ἐκινδύνευε. μὲ οἱ μὲν πρῶτοι τδν Μακεδόνωμ ξυμμίξαντες τοῖς Πέρσαις κατεκόπησαν πδς αὐτδν, ἄνδρες ἀγαθοὶ γενόμενοι· δσοι γε μὴν πδς Ἀλέξανδρον προσέκειντο ἀπὸ κλίναν αὐτδν. Ἀλέξανδρος γὰρ ἤδη πλησίον ἦν, ἅμα οἱ ἄγων τὸ ἰσχυρὸν τὸ δεξιόν. καὶ ἐμβάλλει δν σὺν Πέρσας πρῶτος, ἵνα τὸ παῖσιφος τ᾽ ἵππου, μὲ αὐτοὶ οἱ ἡγεμόνες τ᾽ Περσδν τεταγμένοι ἦσαν. ἐ πδὶ αὐτὸν ξυμβολὴ μάχη καρτερά. μὲ γὰ τότῳ ἄλλα ἐπ᾽ ἄλλαις τάξιν τοῖς Μακεδόσι διέβαινον οὐ χαλεπῶς ἤδη. μὲ ἦν μὲν ἀκρ᾽ τ᾽ ἵππων ἡ μάχη, πεζομαχίᾳ δ᾽ μᾶλλόν τι ἐώκει. ξυνεχόμενοι γὰρ ἱππεῖ τε ἵπποις, μὲ ἄνδρες ἀνδράσιν ἀγωνίζονδ, οἱ μ᾽ δδσαι εἰσάπαν ἀκρ᾽ τῇ ὄχθης, καὶ δν τὸ

minis ripa ſummo ſilentio aliquandiu quieuere. utroſque conſideratio ſubeundi diſcriminis defixos tenebat. Expectabant Perſæ, uti Macedones flumen ingreſſos in exitu inuaderent. Alexander ubi uidet hoſtem ſeſe in aduerſa ripa continere, celeriter inſcenſo equo, iuſsis qui circà erant ſequi, antecurſores equites in amnem præmittit, & cum his Amyntam Arrabæi cum Pæonibus, & una peditum turma. Ante hos Ptolemæũ Philippi, cui Socratis cohortem commiſerat, cui fortè totius equitatus eo die ducatus contigerat. Ipſe dextrũ cornu agens, ſignis repentè canere iuſsis, cũ ingenti militũ clamore uadum ingreditur, obliquam extendens aciem in eam ripæ partem, quà uiolentior fluminis curſus uidebatur: eo † προσπίconſilio, ne ubi hoſtes flumen intraſſent, πδιγ anguſta acie exeuntes Macedones ab ijs circumuenirentur: ſimul ut phalange inducta, eorum impetum frangeret. Perſæ ubi Amyntam & Socratem cum cohortibus ripæ appropinquare conſpicati ſunt, continuò in eos alij ex ripa, quà erat altior, alij ex amni tela mittere. Ibi ingens equitum certamen fuit: his in ripam euadere, illis obſtare ſtudiũ erat. Perſæ plurimum præacutis ſudibus, Macedones haſtis pugnabant. uerùm multitudine quidem longè inferiores hi, primo ſtatim congreſſu malè afficiebantur. ſimul quòd ex inferiore atque inſtabili loco, utpote ex flumine aduerſus hoſtes in eminente ripa ſtantes dimicabant. Adhæc Perſæ totius equitatus robur ad exitum oppoſuerant. Ibi Memnonis filij, ac Memnon ipſe pugnabant. Macedonum primi in ripam nitentes, à Perſis interfecti: cæteris ad Alexandrum receptus fuit ſaluti. Qui quà maximè equites ac Perſarum duces confertos uidit, ſubitò impreſsionem fecit. Circa regem acre prælium, ingenti utrorumque conatu fuit. Interim alij poſt alios Macedonum ordines amnẽ tranſibant. Et quamuis equeſtre prælium eſſet, ſimilius tamen pedeſtri uidebatur. nam & equis equi, & uiri uiris conſerti confertiq; rem gerebant. Macedones à ripa Perſas ſubmouere,

mouere, Persæ Macedonas exitu arcere conabantur. Iamq; repulsis hostibus Macedones ripam tenebant. nam & robore & rei militaris peritia Persas anteibant. Alexander autem fortiter pugnando cum hastam infregisset, ab Arete (qui proximus erat) hastam petit, cumq; & ille suam fregisset, sic quoq; cũ hastæ truncо dimicare pergit. Mox accepta à Dibarato Corinthio uno ex amicorum cohorte, lancea, mox in Mithridatem Darij generum, longè ante alios equites in cunei propè formam sequentes equo inuectũ, primus etiam ipse inuehitur, percussum humi sternit. In eo pugnæ ardore Rœsaces in Alexandri caput securi districta, galeæ aliquantum citra uulnus diffregit: in quem conuersus Alexander, thorace discusso pectus transfodit. Iam Spithridates Alexandrum à tergo petens, securim altè sustulerat: cuius ictu præuento Clitus Dropidæ, humerum eius securi discidit. Interea quibus res procedebat, è flumine in ripam prodibant, seq; transgressis conglobabant. Persæ cum undiq; tam ipsi, quàm equi iaculis configerentur, nec incumbentem à tergo hostilem equitatum sustinere iam possent, multáque à peditibus leuis armaturę, qui equitibus immisti pugnabant, uulnera acciperent: primum eò, quò Alexander curabat referre pedem cœpêre. At ubi media equitum acies uehementius impressa, & ipsa cessit, dissipatis cornibus, omnes in fugã uersi Persarum equites, circiter mille in fuga cæsi, quos fugientes Alexander haud longo spacio insecutus est: ac mox in mercenarios, qui magis stupore quodam attoniti, quia pugnæ euentus præter opinionem ceciderat, quàm certo pugnandi consilio in acie steterant: phalange & equitatu inductis, eos ad internetionem cecidit.

†ἅμα δ' οἱ

ὃν ἐπαίοντα διάσαθαι σὺν Πέρσας οἱ Μακεδόνες, οἱ δὲ ἄρξαί τε αὐτῶν τὴν ἔκβασιν οἱ Πέρσαι, καὶ ὃν τ ποταμὸν αὖθις ἀπώσασθαι. καὶ ἐκ τούτου ἐπλεονέκτουν ἤδη οἱ σὺν Αλεξάνδρῳ, τῇ τε ἄλλῃ ῥώμῃ καὶ ἐμπειρίᾳ, καὶ ὅτι ξυσσῶν Ἱππέων πρὸς παλτὰ ἐμάχοντο. ἔνθα δὲ καὶ Αλεξάνδρῳ ξυντρίβεται τὸ δόρυ ἐν τῇ μάχῃ, ὁ ἦν Ἀρίστιππος δόρυ ἑτοῖμον ἀναβολεὰ τ Βασιλικῶν. ἔχει ἦ καὶ αὐτῷ πονουμένῳ σωτήριμον ἐπὶ δόρυ ἰών. ὁ δὲ τῷ ἡμίσει διακλασμένου τοῦ δόρατος ἀπαφανῶς ἐμάχετο, καὶ τοῦτον δ' ἐξαίφνης Αλεξάνδρῳ, ἄλλον αὐτῶν ἐκέλευε. Διβάρατος δὲ αὖ ὁ Κορίνθιος τ ἀμφ' αὐτὸν ἑταίρων δίδωσιν αὐτῷ τὸ αὐτοῦ δόρυ. καὶ ὃς ἀναλαβὼν, ἐς ἰδίων Μιθριδάτην τὸν Δαρείου γαμβρὸν πολὺ πρὸ τ ἄλλων προϊππεύοντα, †ἅμά οἱ ὥσπερ ἐμβολὴν τ ἱππέων, διελαύνει αὐτὸς πρὸ τ ἄλλων, καὶ παίσας ἐς τὸ πρόσωπον ἔχει δόρατι καταβάλλει τὸν Μιθριδάτην. ἐν δὲ τούτῳ, Ροισάκης μὲν ἐπελαύνει ἔχει Αλεξάνδρῳ, καὶ παίει Αλεξάνδρου τὴν κεφαλὴν τῇ κοπίδι, καὶ τοῦ μὲν λοφους ἀπέδρασε, τὴν πλευρὴν ἔσχε τὸν λοφον. καὶ καταβάλλει καὶ τοῦτον Αλεξανδρος παίσας τῷ ξυστῷ διὰ τ θώρακος ἐς τὸ στέρνον. Μιθριδάτης δὲ αὐτέταχε μὲν ἤδη ἐπ' Αλέξανδρον ὄπισθεν τὴν κοπίδα: ὑποφθάσας δὲ αὐτὸν Κλεῖτος ὁ Κροπίδου παίει τὸν ὦμον τοῦ Μιθριδάτου ξὺν τῇ κοπίδι. καὶ ἐξ τούτου ἐπεκβαίνοντες ἀεὶ τ ἱππέων ὅσοις προχώρει ἐς τὸν ποταμὸν, προσεγίγνοντο τοῖς ἀμφ' Αλέξανδρον. καὶ οἱ Πέρσαι παιόμενοί τε πανταχόθεν ἤδη ἐς τὰ πρόσωπα αὐτοί τε καὶ ἵπποι τοῖς ξυστοῖς, καὶ πρὸς τ ἱππέων ἀζωστόμενοι, πολλὰ ἦ καὶ πρὸς τῶν ψιλῶν ἀναμεμιγμένων τοῖς ἱππεῦσι βλαπτόμενοι, ἐγκλίνουσι ἤδη πρῶτον, ἢ Αλέξανδρος προεκινδύνευεν. ὡς δὲ τὸ μέσον ἐνέδοσαν αὐτοῖς, περιῤῥήγνυντο δὴ καὶ τὰ ἐφ' ἑκάτερα τ ἵππου, καὶ ὧν δὴ φυγὴ ἐγένετο. Τῶν μὲν δὴ ἱππέων τ Πέρσῶν ἀπέθανον ὡς χιλίους. ἐγένετο πολλὴ ἡ δίωξις ἐγένετο, ὅτι διετράπη Αλέξανδρος ὧν τοὺς ξένους τοὺς μισθοφόρους, ὧν τὸ σῖφος, ἢ τὸ πρῶτον ἐτάχθη, ἐκπλήξαι μᾶλλόν τε τοῦ παλαίου, ἢ λογισμῷ βεβαίῳ ἐμένει. καὶ τούτοις τοῖς τε φάλαγγα ἐπαγαγὼν, καὶ οὐ ἱππέας πάντα προαπισθὼν διακόψας ἐν μέσῳ δι' ὀλίγου διατρέπει αὐτούς: ὥστε δ' ἐφυγε μὲν ὀλίγοι.

FRAN-

FRANCISCVS ROBORTELLVS LECTORI.

Quoniam in Græco Aeliani libro aliquot Loca ex Arriano desumpta apposuimus, ex quibus veterum Græcorum militandi ratio cognosceretur non dissentire ab Aeliani præceptis, itidem in hoc Latino faciendum censuimus: apponendum igitur curauimus ex Liuio descriptionem præclaram eius prælij, quod commissum est inter Romanos & Antiochum regem, qui more Græcorum copias instruxit. poterit igitur quiuis appellationes Græcas nominibus Latinis expressas videre.

EX LIVIO DESCRIPTIO PRAELII INTER ROMANOS ET ANTIOCHVM REGEM.

BIDVVM deinde silentium fuit, neutris transgredientibus amnẽ. tertio post die Romani simul omnes transgressi sunt, & duo millia fermè, & quingentos passus ab hoste posuerunt castra. Metantibus, & muniendo occupatis tria millia delecta equitum, peditumq; regiorum, magno terrore ac tumultu aduenêre, aliquanto pauciores in statione erant, duo tamen millia per se nullo à munimento castrorum milite auocato, & primo æquum prælium sustinuere, & crescente certamine pepulerunt hostes, centum ex his occisis, centum fermè captis. Per quatriduum insequens instructæ utrinque acies pro uallo stetêre, quinto die Romani processere in medium campi, Antiochus nihil promouit signa, ita ut extremi minus mille pedes à uallo abessent. COS. postea quàm detrectari certamen uidit, postero die in concilium aduocauit, quid sibi faciendum esset, si Antiochus pugnandi copiam non faceret, instare hyemem, aut sub pellibus habendos milites fore, aut si concedere in hyberna uellent, differendum esse in æstatem bellum. Nullum unquam hostem Romani æquè contempserunt, conclamatum undiq; est, duceret extemplo, & uteretur ardore militum, qui tanquam non pugnandum cum tot millibus hostium, sed par numerus pecorum trucidandus esset, per fossas, per uallum castra inuadere parati erant, si in prælium hostis non exiret. Cn. Domitius ad explorandum iter, & qua parte adiri uallum hostium posset, missus, posteaquã omnia certa retulit, postero die propius castra admoueri placuit, tertio signa in medium campi prolata, & instrui acies cœpta est. Nec Antiochus ultra tergiuersandum ratus, ne & suorum animos minueret detrectando certamen, & hostium spem augeret, & ipse copias eduxit, tantùm progressus à castris, ut dimicaturum appareret. Romana acies unius propè formæ fuit, & hominum & armorum genere, duæ legiones Romanæ, duæ sociûm & Latini nominis erant, quina millia & quadragenos singulæ habebant, Romani mediam aciem, cornua Latini tenuerunt. hastatorum prima signa, deinde principum erant, triarij postremos claudebant. Extra hanc ueluti iustam aciem à parte dextera COS. Achæorum cetratis immistos auxiliares Eumenis tria millia fermè peditum æquata fronte instruxit, ultra eos equitum minus tria millia opposuit, ex quibus Eumenis octingenti, reliquus omnis equitatus Romanus erat. extre

Romana acies.

mos Trallos,& Cretenſes(quingentorum utriq; numerum explebant) ſtatuit. læuum cornu non uerebatur obiectis talibus auxilijs: quia flumé ab ea parte, ri pæq; diruptæ claudebant,quatuor tamen inde turmæ equitum oppoſitæ. Hæc ſumma copiarum erat Romanis,& duo millia miſtorum Macedonum, Thracumq;, qui uoluntate ſecuti erant, præſidio caſtris relicti ſunt, ſexdecim elephantos poſt triarios in ſubſidio locauerunt.nam præterquàm quòd multitudinem regiorum elephantorum (erant autem quatuor & L.) ſuſtinere non uidebantur poſſe, ne pari quidem numero Indicis Africi reſiſtunt: ſiue quia magnitudine(longè enim illi præſtant) ſiue robore animorum uincuntur. Regia acies uaria magis multis gentibus, diſsimilitudine armorum, auxiliorumq; erat,x. & ſex millia peditum more Macedonum armati fuère, qui Phalangitæ appellabantur.hæc media acies fuit in fronte in decem partes diuiſa, partes eas interpoſitis binis elephantis diſtinguebat.à fronte introrſus in duos & xxx. ordines armatorum acies patebat. hoc & roboris in regijs copijs erat, & perinde cum alia ſpecie, tùm eminentibus tantum inter armatos elephantis magnum terrorem præbebat.Ingentes ipſi erant,addebant ſpeciem frontalia,& criſtæ,& tergo impoſitæ turres,turribusq; ſuperſtantes præter rectorem quaterni armati. Ad latus dexterum Phalangitarum mille & quingentos pedites Gallogræcorum oppoſuit.ijs tria millia peditum loricatorum (cataphractos ipſi appellant) adiunxit.adddita ijs ala mille fermè equitum, hanc Gemeam uocabant: medij erant lecti uiri,& eiuſdem regionis miſti multarum gentium equites.continens ijs grex xvj.elephantorum eſt oppoſitus in ſubſidijs.ab eadem parte paulum prorupto cornu regia cohors erat,Argyraſpides à genere armorum appellabantur:Dacæ deinde equites ſagittariorum mille & ducentûm,leuis armaturatrium millium,pari fermè numero,pars Cretenſes,pars Tralles, duo millia & quingenti miſsi ſagittarijs adiuncti erant, extremum cornu claudebant, quatuor millia miſti Cyrtæi funditores, & Elymæi ſagittarij. Ab læuo cornu Phalangitis adiuncti erant Gallogræci pedites mille & quingenti, ſimiliter his armati.duo millia Cappadocum ab Ariarathe miſsi erant.regij inde auxiliares miſti omnium generum duo millia & ſeptingenti, & tria millia cataphractorum equitum,& mille alij equites. Regia ala leuioribus tegumentis ſuis, equorúmque,alio haud diſsimili habitu, Syri plerique erant Phrygibus & Lydis immiſti. Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ,& cameli, quos appellant dromadas: ijs inſidebant Arabes ſagittarij gladios habentes tenues,longos quaterna cubita,ut ex tanta altitudine contingere hoſtem poſſent.Inde alia multitudo parei, quæ in dextero cornu erat,primi Tarentini, deinde Gallogræcorum equitum duo millia & quingenti,inde Neocretes mille,& eodem armatu Cares, & Cilices mille & quingenti, & totidem Tralles, & tria millia cetratorum, Piſidæ erant,& Pamphylij, & Lycij, tùm Cyrtæorum, & Elymæorum paria in dextero cornu locata auxilia,& xvj.elephanti modico interuallo diſtantes. Rex ipſe in dextero cornu erat,Seleucum filium,& Antipatrum fratris filium in læuo præpoſuit,media acies tribus permiſſa Mynioni,& Zeuxidi, & Philippo magiſtro elephantorum. Nebula matutina creſcente die leuata in nubes caliginem dedit,humor inde ab auſtro uelut perfudit omnia. quæ nihil ad malum Romanis eadem perincommoda regijs erant.nam & obſcuritas lucis in acie modica Romanis non adimebat in omneis parteis conſpectum, & humor toto ferè graui armatu nihil gladios, aut pila hebetabat.regij tam lata acie ne ex medio quidē cornu ſuos circumſpicere poterant,nedum extremi inter ſe conſpicerentur,& humor arcus,fundasq;,& iaculorum amenta mollierat. Falcatæ quoq; quadrigæ,quibus ſe perturbaturum hoſtium aciem Antiochus crediderat, in ſuos terrorem uerterunt. Armatæ autem in hunc maximè modum erant: cuſpides

Regia acies.

Quadrigæ falcatę, quales & quomodo eluſæ.

circa

circa temonem ab iugo decem cubitos extantes uelut cornua habebant, quibus quicquid obuium daretur, transfigerent, & in extremis iugis binæ circa eminebant falces, altera æquata iugo, altera inferior in terram deuexa, illa, ut quicquid ab latere obijceretur, abscinderet, hæc, ut prolapsos, subeuntésque contingeret: item ab axibus rotarum utrinque binæ eodem modo diuersæ deligabantur falces. Sic armatas quadrigas, quia si aut in extremo, aut in medio locatæ forent, per suos agendæ erant, in prima acie, ut dictum est, locauerat rex. quod ubi Eumenes uidit, haud ignarus pugnæ, & quàm anceps esset auxilij genus, si quis pauorem magis equis inijceret, quàm iusta adoriretur pugna, Cretenses sagittarios, funditoresq́, & iaculatores equitum non confertos, sed quàm maximè possent, dispersos excurrere iubet, exq́ omnibus simul partibus tela ingerere. Hæc uelut procella partim uulneribus missilium undique coniectorum, partim clamoribus dissonis ita consternauit equos, ut repentè uelut effrenati passim incerto cursu ferrentur, quorum impetum & lèuis armatura, & expediti funditores, & uelox Cretensis momento declinabant, & equos insequendo tumultum, ac pauorem equis, camelisq́, & ipsis simul consternatis augebant clamore & ab alia circunstantium turba multiplici adiecto. Ita medio inter duas acies campo exiguntur quadrigæ, amotóque inani ludibrio, tùm demum ad iustum prælium, signo utrinque dato, concursum est. Cęterùm uana illa res ueræ mox cladis causa fuit. auxilia enim, subsidiáque, quæ proximè locata erant, pauore & consternatione quadrigarum territa, & ipsa in fugam uersa nudarunt omnia usque ad cataphractos equites, ad quos quum dissipatis subsidijs peruenissent equitatus Romanus, ne primum quidem impetum pars eorum sustinuerunt, alij fusi sunt, alij propter grauitatem tegumentorum, armorumq́ oppressi sunt. Totum deinde læuum cornu inclinauit, & turbatis auxiliaribus, qui inter equites, quos appellant Phalangitas, erant, usque ad mediam aciem terror peruenit. Ibi simul perturbati ordines, & impetus intercursu suorum usus prælongarum hastarum, Sarissas Macedones uocant, intulere signa Romanæ legiones, & pila in perturbatos coniecere. ne interpositi quidem elephanti militem Romanum deterrebant, assuetum iam ab Africis bellis, & uitare impetum beluæ ex transuerso, aut pilis incessere, aut si propius subire posset, gladio neruos incidere. Iam media acies ferè omnis à fronte prostrata erat, subsidia circumita à tergo cædebantur, quum in parte alia fugam suorum, & propè iam ad ipsa castra clamorem pauentium accepere. nanque Antiochus à dextero cornu, quum ibi fiducia fluminis nulla subsidia cerneret, præter quatuor turmas equitum, & eas, dum applicant se suis, ripam nudantes, impetum in eam partem cum auxilijs, & cataphracto equitatu fecit, nec à fronte tantùm instabat, sed circumito à flumine cornu, iam ab latere urgebat, donec fugati equites primùm, deinde proximi peditum effuso cursu ad castra compulsi sunt. Præerat castris M. Aemylius tribunus militum, M. Lepidi filius, qui post annos paucos pontifex maximus factus est, is, qua fugam cernebat suorum, cum præsidio omni occurrit, & stare primo, deinde redire in pugnam iubebat, pauorem, & turpem fugam increpans, minæ exinde erant, in perniciem suam cæcos ruere, ni dicto parerent. postremò dat signum suis, ut primos fugientium cædant, turbam insequentium ferro & uulneribus in hostes redigant. Hic maior timor minorem uicit, ancipiti coacti metu primo constiterunt, deinde & ipsi rediere in pugnam, & Aemylius cum suo præsidio (erant autem duo millia uirorum fortium) effusè sequente Rege, acriter obstitit. & Attalus Eumenis frater à dextero cornu, à quo læuum hostium primo impetu fugatum fuerat, ab sinistro fugam suorum, & tumultum circa castra uidit, in tempore cum ducentis equitibus aduenit. Antiochus, postea quàm

& eos, quorum terga modo uiderat, repetentes pugnam, & aliam, & à castris, & ex acie affluentem turbam conspexit, in fugam uertit equum. Itaq; utroq; cornu victores Romani per aceruos corporum, quos in media maxime acie cumulauerant, ubi & robur fortissimorum uirorum, & arma grauitate fugam impedierant, pergunt ad castra diripienda. Equites primi omnium Eumenis, deinde alius equitatus, toto passim campo sequuntur hostem, & postremos, ut quósque adepti sunt, cædunt. cæterùm fugientibus maior pestis in permistis quadrigis, elephantisq;, & camelis erat, & sua ipsorum turba, quum solutis ordinibus uelut cæci super alios alij ruentes in cursu beluarum obtererentur. In castris quoque ingens, & maior propè, quàm in acie cædes est edita. nam & primorum fuga in castra maximè inclinauit, & huius fiducia multitudinis, quæ in præsidio erat, pertinaciùs pro uallo pugnarunt. Retenti in portis, uallo q;, quæ se impetu ipso capturos crediderant, Romani, posteaq; tandē perruperunt, ab ira grauiorem ediderunt cædem. Ad quinquaginta millia peditum cæsa eo die dicuntur, equitum tria millia: mille, & quadringenti capti, & quindecim cum rectoribus elephanti. Romanorum aliquot uulnerati sunt, ceciderunt non plus ccc. pedites, quatuor & uiginti equites, & de Eumenis exercitu quinque & uiginti.

AELIANI

AELIANI DE INSTRV

ENDIS ACIEBVS OPVS AD DI-

VVM HADRIANVM. A THEODORO THES-

salonicensi Latinum factum, & Antonio Panormitæ

Alphonsi Regis præceptori

dicatum.

PRAEFATIO.

CIENTIAM Græcis acierum instruendarum solitam, diue Hadriane, quam ab Homeri usque temporibus sum pisse initium certum est, literis complures mandauerũt auctores superiores, qui parum eam, quam nos habere in rebus mathematicis credimur, disciplinam tenuêre. Quã ob rem (pace omnium dixerim) ita persuasus de hac eadem tractare scientia uolui, ut posteros nostra potius, quàm illorum antiquorum præcepta lecturos confiderem, tamen quòd Romanam huiuscemodi rei facultatem, ac peritiam, ut uerum fatear, ignorarem, diu dubitaui, an rem repetere, in usumq; reuocare deberem iam lapsam, desitam, & forsan minimè propterea utilem, ob eam doctrinam, quam tui Romani inuenêre. Sed cum ad diuum Neruam patrem tuum salutandi, uisendiq; gratia Formias uenissem: diesq; nonnullos apud Frontinum uirum consularem insignem, & rei militaris peritum diuerterem: intellexi sanè non minus studij ab eo ipso Græcæ impendi, quàm Romanæ scientiæ militari, atque ita non negligendum præterea, quod de acierum instructione more Græcorum docerem, iam censui: ratus scilicet nunquam apud Frontinum posse id studium seruari: nisi haud deterius eo genere ordinandi, quod Romani exercent, haberetur. Formam igitur operis, quam notaueram quidem aliquando literis, sed nunquam edere ausus sum propter tuam summam peritiam, & uirtutem, qua facilè omnes, qui copijs unquam imperauerint, antecellis, modò perficiendam, expoliendamq; repetij ea cum diligentia, ut præ omnibus ueterum auctorum Græcorum operibus posset meo iudicio comprobari. Nam dilucidæ quidem ordinatæq; expositionis ratione futurum ita affirmauerim, ut qui opus hoc legant, & pleniùs possint edoceri, & faciliùs quàm ex ijs, quæ antiquiores reliquerunt. sed quanquam hoc ita est, tamẽ non sine pudore, summáque retractione mittere opus militare ad te poteram, tam multorum, magnorumq; bellorum magistrum atque imperatorem. Haud enim fieri potest, quin hæc tenuiora uideantur, si cum tuis conferri uolueris. At si ut peregrinam scientiam, & rationum elegantiusculam quandam legeris commentationem, credo nonnihil capies delectationis, præsertim si in his uel Alexandri Macedonis ingenium, ac studium militare contempleris. Summas autem, & ueluti capita eorum, quæ explicantur, præposui omnium, ut quando per tuas occupationes minùs plura legere liceat, paucis quæ liber continet intelligere posses, & quæ placuerit legere facile sine ulla iactura temporis inuenires.

Capitum numerum in hac etiam translatione notauimus, ut conferri omnia facilius possent. Figuras uerò literis delineatas obmisimus, quòd propter pulcherrimas Robortelli figuras, nemo illas designaturus uideretur.

CAPVT I.

PRimus omnium, quos nouerimus, poeta Homerus acierum instruendarum scientiam tenuisse, ac homines ea præditos facultate probasse, laudauisseq; uidetur. Quale illud de Mnestheo carmen legimus. Nulla quidem huic similem mortalem protulit ætas, Ordine qui Martis turmas, equitemq; locaret. Et quidē de Homerica disciplina armorum legimus opera Stratoclis: Hermiæ, & Frontini nostræ ætatis uiri consularis: sed latiùs Aeneas genus id instruendi exposuit, qui de tota quoq; re militari satis operum edidit, quæ Cineam Thessalum redegisse in breuitatem constat. Pyrrhus etiam Epirota quemadmodum copiæ instrui deberent scripsit: & Alexander eius filius: Clearchus: itemq; Pausanias: Euangelus, & Polybius Megalopolitanus, uir in uario literarum studio delectatus, & Scipionis familiaris. Ad hæc Eupolemus, atq; Iphicrates: Posidonius Stoicus etiam artem instruendarum acierum scripsêre: pluresq; alij aut prima quędam imbuendi erudimenta edidère, ut †Bryon: aut pleniores tractatus, quos Topicos à denotatione locorum inscripserunt. Verùm enumerare omnes, qui aliquid de re militari scriptum reliquerunt, longum, & superuacuum est: omnium tamen opera legi, & quid de ijs iudicem, dicam: omnes ferè ita mihi unanimiter scripsisse (uidentur) quasi docere homines uellent non ignaros, sed satis earum rerum peritos, quas explicare statuerent. Quod igitur nobis incommodum cum primùm rei huiusce modi disciplinam affectaremus, occurrebat, ut neque præceptores nostræ ętatis idoneos haberemus, neq; satis facere posse ueterum illa præcepta putaremus, †id pro uiribus enitemur, ne alijs eueniat cómittamus: quam ob rem quotiens minus sententiam nostrā uerbis satis exprimere possimus, adiumento utemur figurarum descriptionis: ut ipse conspectus intelligentiæ subueniat. Nusquam tamen antiquorum auctorum uocabulis uti omittam, ut qui primus his nostris erudimentis imbuatur, nihil postea peregrinum sibi sonare arbitretur, cum illorū opera audit. Credo autem neminem fore, qui nostra hac uia & ratione institutus, non facile ueterum quoq; omnia possit opera intelligere. Vtilé omnium maxime disciplinam hanc esse intelligi ex ijs licet, quæ Plato philosophus in eo opere, quod edidit de legibus, differit. Cretensiū enim legumlatoré ita leges condidisse affirmat, tanquam homines semper parati essent ad bellum, atq; in procinctu dimicandi consisterent: omnibus nanq; inter se urbibus bellum geri, quod non aliquo præcone, aut fœciali, sed ab ipsa rerum natura indiceretur. Quod cum ita sit, quæ nam alia esse potest disciplina uel potior, uel humanæ uitæ commodior, quàm hæc rei militaris?

†Bion

†pro uirib. enitemur, ne ut idem alijs eueniat cómittamus.

CAPVT II.

INitium uerò sumendum ab ijs censeo, quæ absolutè ad bellum atq; perfectè apparantur, quarum duplices esse copias nouimus. Aut terrestres enim, aut nauales. Terrestres, quæ terra prælientur. Nauales, quæ mari aut fluuijs classe decertent. Sed de instructione naualis ordinis alias. Nunc quæ ad terrestrē pertinent expeditionem exponemus: Hominum igitur, quos ad bellum colligimus, numerus ita constat, ut partim bellatores sint, partim imbelles, tantùm ad usus necessarios bellatorum, & ministeria accommodati. Bellatores ij sunt, qui ad decertandum instruuntur, armisq; aduersarium inuadunt. Imbelles reliqui omnes habentur, ut medici, ut tabernarij, ut serui, & cæteri, qui exercitum ministerij causa sequuntur. Bellatorum alij pedites, alij uectores. Pedites, qui pedibus in terra ituntur. Vectores, qui aliquo ferantur uehiculo, quorum duplex est genus. Nam alij equis, alij elephantis uehuntur. quin etiam qui equo utuntur seorsum in duas partes distinguuntur, quippe qui aut in curribus constant, aut equis ipsis insideant. Hæ sunt uniuersi generis differentiæ. Membrum pedestre atque equestre multiplex est, quod uerò in elephantis, & curribus uersari

proposui,

propoſui,nulla euariat differentia.Pedeſtris itaq; ordo in partes digeritur tres: Armatos,Velites,Peltatos.Armati grauiſsimis inter pedites armis uti conſueuerunt more Macedonum,& ob eam rem grauis armaturæ dicuntur,ac nomen illud Armati ſpeciale accipiunt. nam ſcutum amplius & rotundum gerunt,& haſtam longiorem. Velites leuiſsimè omnium armantur,quo circa uel expeditos nuncupari eoſdem licuit,non loricam induunt,non ocrea muniuntur,non clypeum,aut ſcutum graue gerere ſoliti ſunt,ſed telis tantum utuntur, aut ſagittis,iaculis,lapide aut ex funda,aut ex manu,quo in genere Argili telum ponendum eſt. Peltatis ſimilis Macedonicæ illi armatura in uſu eſt,ſed leuior. Nam & pelta ſcutum paruum,leueq; eſt,& conti eorum longè fariſsis ſunt breuiores.deniq; genus id armaturæ locum inter uelites,& armatos tenere apertum eſt.uidelicet grauius quàm uelites,leuius quàm armati: quã ob rem ſunt complures,qui eos cum uelitibus iungant,& utroſq; uocari uelint leuem armaturam.Equeſtres copiæ,quæ à quadrigis ſeiungi,& per turmas locari debent,modo armandi inter ſe diſtant. Pars enim armis tota obſepta eſt,& hinc cataphracti nomen ſortita eſt. Pars non tota armis integitur. Cataphractos igitur intelligi eos uolo,qui non ſolùm ſua corpora,ſed etiã equos lorica undiq; muniunt.Partis autem non cataphractæ alij haſtati habentur,alij ferentarij. Haſtati,qui manus conſerunt,& cominus haſta decertant:quorum alij ſcutum gerunt,& inde ſcutati dicuntur: alij ſine ſcuto haſta pugnant, qui nomine ſpeciali haſtati uocantur,& contati.Ferentarij equites ij dicuntur, qui eminus ſolent dimicare:quorum alij iaculis,alij arcu utuntur. Iaculantur, quos Tarentinos uocamus: Arcu utuntur,qui equites ſagittarij,& à nonnullis Scythæ etiam uocantur.Tarentinorum duo ſunt genera.nam alij longius iaculantur,& ob eam rem equites iaculatores dicuntur:& Tarentini ſpeciali uocabulo. Alij cum ſemel,aut bis iaculum miſerunt,quo leuiori utuntur, manus de cætero cum aduerſario conſerunt,& cominus pugnare incipiunt:non ſecus quàm quos haſtatos appellari retulimus.Leues hos nominari ſolitum eſt.Ergo Tarentinorũ alij Tarentini nomine ſuo uocantur,qui de longe iaculari conſueuerũt. Alij leues, qui pugnã cominus ſubeũt. Expoſui genera copiarũ numero.ix.Armatos,Peltatos,Velites:Equites haſtatos,Equites iaculatores,Equites ſagittarios,Equites cataphractos:Currus,Elephantos.

CAPVT III.

SEd cũ phalanx quæq; collegia,prefecturas,ordines numerumq; idoneũ contineat,atq; etiam uerba ſortiat, quæ tùm ad præcepta quotidiani exercitij, tùm ad prælium ipſum accõmodentur,de his ſingulis doceamus neceſſe eſt.Primum igitur in hac diſciplina,& præcipuum eſt,ut ex multitudine hominũ, quã fuſam,inordinatamq; acceperimus,idoneos eligamus,& locis conuenientibus inſtruamus:hoc eſt decuriemus,& condecuriemus,atq; ut numerũ ſtatuamus copiarum,qui modicè, commodéque ad belli rationem,& uſum ſuppeditet. quippe cum & in itinere,& in caſtris,& in prælijs ipſis inſtructum haberi exercitum ſit perquàm utile. Iam ſæpius magnas copias inordinatas à paucis ordinatis militibus profligatas legimus. Quam ob rem Aeneas ita genus id diſciplinæ definit:ut ſcientia ſit bellicæ motionis. Polybius uerò ſcientiam eſſe inquit, qua homines militari ordini admittantur,decurientur,condecurientur:deniq; aptentur,& erudiantur ad belli uſum & rationem.

CAPVT IIII.

DEcuriare igitur eſt decurias inſtituere. Eſt aũt decuria numerus hominum, qui à duce uno poſitione ſimplici ſubinde deductus ſerie ceſſet uel in viij. uel in xij.uel in xvj. Numerus enim decuriæ uariæ ad hunc modũ à diuerſis auctoribus datur. Verùm in re nobis propoſita ſexdecim deſcribantur:cũ hic nu-

merus tùm ad phalangis longitudinẽ modicè habeat: tùm si usus aliquando exigat altitudinẽ, uel duplicari ut in xxxij. augeat̃, uel dimidiari, ut in viij. diminuatur, nihil ꝓpositis expeditis militibus esse possit impedimento. Nã siue iaculentur, siue funda, aut arcu utant̃, facilè suo iactu altitudinẽ phalangis exuperant.

CAPVT V.

OPtimus quisq; decuriæ pręponi, & ductor cęterorũ omniũ esse debet: qui & decurio, & decanus, & dux, & primus, & pręstes nuncupat̃. Vltimũ decuriæ tergiductorẽ uocamus. Totã uerò ipsam decuriã ordinẽ, uersum, & decaniam: nónulli etiã enomotiã, quasi auctorationẽ, à sacramẽto militari appellãt. Sed sunt, qui enomotiã quartã esse decuriæ partẽ asserant. Præfectũq; enomotarcham pręponant. Duas item enomotias dimœriã, quasi bipartiã uocant: & principẽ Dimœritã, ita ut semidecuriã dimœriã quoq; liceat uocitari, & semidecurionẽ. Dimœritã, qui secundus decurię est: nã qui ꝓximè decurionẽ postponitur subsstes dicit̃: qui uerò hunc sequit̃, pręstes. Itẽ subsstes, qui ꝓximus ab hoc pręstite est, ac deinceps in hunc modũ pręstes, subsstesq; locat̃, ut ordo totus ex pręstitibus, & subsstitib. positis alternatim cõficiatur. Vnde meritò decuriã ita quoq; diffiniũt, ut uersus sit ex primis, secũdisq; ꝓ uirtute institutis, atq; uni decurioni obtemperantibus.

CAPVT VI.

COndecuriare est primæ decurię secundã ita apponere, ut lateri primi uersus decurionis decurio secundi uersus respondeat, & lateri subsstitis primi decurionis subsstes primus secundę decurię, ac deinceps ad hunc modũ. Astes uerò is dicit̃, qui ita appositꝰ uiget, uerbi gratia, decurionis primæ decurię astes, decurio secundę decurię est: & subsstitis primæ, subsstes secundę, itaq; deinceps. quotiẽs igit̃ post secundã decuriã tertia, & quarta, & reliquę deinceps adijciũt, talis cõstructio cõdecuriatio dicit̃.

CAPVT VII.

TOta aũt coagmẽtatio phalãx, siue legio uocat̃. Cuius lõgitudo prima decurionũ ordinatio est: quę & frons: & facies, & acies, & iugũ, & os, & duces, & pręstites, & primi decuriarũ uocari solita est. Quantũ uerò phalãgis ponè frontẽ ad tergi usq; ductores porrigit̃, id altitudo nominat̃. Stare per directũ in longũ astites iugare dicit̃. Stare per directũ in latũ præstites, subsstitesq; uersare uocabulũ accipit. Phalanx seorsum in primas, summas q; partes duas à frõte per totam sui altitudinẽ secatur, quarũ altera cornu dextrũ, & caput uocat̃: altera cornu læuũ, & pes dicit̃. qua aũt longitudo ita secat̃, oris, & umbilici nomine utimur. Post armatorũ phalangẽ ponè leuis locat̃ armatura. Equites uerò ab hac loco tertio statuuntur, fieri tamen potest, ut usus uel secus disponi interdũ exigat, quod iam progressu operis explicabimus. Nunc quantus armatorũ, atq; equitũ numerus esse debeat: & quemadmodũ singulos oporteat ordinari, & ordines magna cum celeritate transformari necessitate incũbente conueniat: & quænam disciplina mouendi de singulis ordinibus habeatur, exponemus.

CAPVT VIII.

NVmerum statuere certũ copiarũ nulla probabili ratione possumus. Prout enim rem suam quisq; plus, minús ue apparatus desiderare intelligit, ita modum describet. Sciendũ tamen eos numeros deligi oportere, qui ad ordinum transformationẽ possint occurrere habiliores: hoc est quotiens phalangis longitudinem augere, altitudinem diminuere, aut è contrario agere uoluerimus. quã ob rẽ genus numeri illud probamus, quod subinde in partes æquas usq; in unitatẽ possit diuidi, unde auctores, qui de acierum instructione scripsẽre, magna ex parte phalangẽ grauis armaturę numero xvj. milliũ cccIxxxiiij. institui censent oportere. Leuis armaturæ sub duplo eius numeri. Itemq; huius sub duplo equitũ phalangẽ describunt. Nam xvj. millia cccIxxxiiij. numerus dimidiari subinde usq; in unitatem potest. Formæ igitur, descriptionisq; gratia hunc

ponimus

ponimus numerum. Vnde fit, ut quoniam decuriam xvj. hominibus conſtare propoſuerimus, M.xxiiij. decurias confici neceſſe ſit.

CAPVT IX.

DEcuriæ in ordines digeruntur, quibus ſingulis uel nomen proprium inditum eſt. duæ nanq; decuriæ dilochiam uelut duplarem quandam decuriã ſiue armaturam conſtituũt, hominũ. xxxij. cuius ordinis princeps dilochita, duplaris quidã decurio nuncupatũ. Quatuor decuriæ tetrarchiã, quadruplarem diverim decuriam, faciunt, hominum lxiiij. cui præeſt tetrarcha, quadruplaris decurio. Duæ quadruplares illæ centuriam conſtituunt, hominũ cxxviij. decurium viij. cuius præfectus Centurio, & à nonnullis ordinarius Centurio. Manipulum reddunt decuriæ xvj. hominum cclvj. cui manipularius præeſt. Sunt qui genus hoc ordinis cclvj. Xenagiam à mercenario milite uocent, eiuſq; principem Xenagum. In hiſce ſingulis cclvj. hominum manipulis homines ſuperordinarij v. habentur: Signifer, Tubicen, Miniſter, Præco, Tergidux. Quadram habere hunc ordinem formam certum eſt, longitudine ad xvj. altitudineq; ad totidem. Duo manipuli pentacoſiarchiam, cohortem quingentariam componunt, hominum. D. xij. centuriarum. xxxij. cuius princeps pentacoſiarcha, Tribunus minor. Duæ cohortes quingentariæ, merarchiam, id eſt, cohortem miliariam faciunt hominum. M. xxiiij. centuriarum lxiiij. cuius præfectus merarcha ſeu Tribunus maior. Duæ millenariæ meros, hoc eſt partẽ conſtituunt, hominum ij. millia xlviij. cuius pręfectũ merarchã à parte quaſi partiariũ dicimus, decuriarũ cxxiiij. genus hoc ordinis nonnulli telos nuncupauerũt, præfectũq; eius telarchã. Duæ partes phalangarchiã ſeu phalangẽ ſimplarẽ conſummant, hominũ iiij. milia. cxvj. decuriarũ uerò cclvj. cuius præfectus phalangarcha ſeu princeps phalangis ſimplaris dicit. nonnulli ſtrategiam. i. præturam hunc ordinem uocant, & ſtrategum. i. prætorem eius principem nominant. Duæ ſimplares phalanges, duplarem phalangem reddunt, hominum viij. millia cxcij. decuriarũ aũt D. xij. Sunt qui ordinẽ hunc meros. i. partẽ appellari uelint, quòd modò cornu, & alam diximus nominari. Duæ duplares phalanges quadruplarem phalangem coaugmentant, decuriarũ. M. xxiiij. hominum. xvj. M. ccclxxxiiij. Sunt itaq; phalãges, ſiue legiones cornua duo, phalãges ſimplares quatuor, partes octo: cohortes miliariæ xvj. quingentariæ xxxij. manipuli lxiiij. Centuriæ cxxviij. Centurię quadruplares cclvj. Decurię duplares d. xij. Decurię M. xxiiij.

CAPVT X.

OPtimus quiſq; præfectorum phalangum ſimplarium in prima ſimplari, hoc eſt in dextro cornu ſtatuitur, ſecundus uirtute in ſecunda, hoc eſt in læuo cornu locatur. tertius cum ſecunda in læuam ponitur mediã uerſus ſecturam. Quartus cum prima in dextram. hic etiã mediam uerſus ſecturam, quod cũ prima & quarta præfectos habeant, primum uirtute & quartum: ſecunda autem & tertia, ſecundum uirtute, & tertium, pares utique uirtute ſuorum principum conſtant. Nam ſi in quatuor magnitudinibus inſunt proportiones æquales, quòd à prima & quarta proueniat, ei magnitudine id eſſe æquale quod fit à ſecunda & tertia, apertum in diſciplinis mathematicis eſt. Prima igitur & quarta, ſecundam & tertiam æquiparant. Partium quoque præfecti ita ordinantur, ut primus uirtute in læuo primæ phalangis ſimplaris ſtatuatur: ſecundus in dextro ſecundæ: tertius in læuo tertiæ: quartus in dextro quartæ. In ſingulis etiam decurijs quadruplaribus decuriones ita locantur, ut primæ decuriæ princeps uirtute excellat. Quartæ ſecundum uirtutis locum obtineat: Tertiæ tertium: Secundæ quartum. Ita enim uirtute pares inter ſe conſtant, cum prima primum & quartum uirtute habeat: ſecũda autem ſecundum uirtute & tertium. Item cum in ſingulis manipulis quatuor decimæ duplares contineantur, hac eadem ratione uel in his ipſis principes ordinemus, ut primę

quadru-

quadruplaris Prefectus in læuo ponatur,& uirtute cæteris sit prestantior: Quartæ læuũ teneat cornu,& uirtute secundus habeatur: Tertiæ in dextro constituatur,& uirtute sit tertius: Secundæ in læuo locet quartus uirtutis ratione. Hanc eandẽ proportionẽ siue comparationẽ uel in maiorib. præfecturis seruabimus.

CAPVT XI.

NVnc de interuallis, quibus armati inter se distent, tùm in longũ, tùm in altũ agemus. Differentia triplex est interualli. Nam homo ordinatus cubita quatuor occupat. Densatus duo. Constipatus unũ. Densatio igitur est, cũ ex laxioribus arctiora reddimus interualla, atq; ita per astitẽ, substitẽq; corpus phalangis colligimus,& militem uniuersum facimus tum in longũ, tum in latum adductiorem. Verùm ita ut recipere possit immutationẽ. Constipatio est, quotiens phalanx per astitem, ac substitem arctius sese colligit, quàm modò densari retulimus, adeò ut ob frequentiam militis nulla uel dextrorsus, uel sinistrorsus possit fieri declinatio. Densatur, cum phalangem duci in hostes placet imperatori: Constipatur, cum hosti aggredienti resistendum in robore est. Cum itaq; frontem phalangis decuriones. M. xxiiij. compleant, ij certè ordinati cubita. iiij. millia. xcvj. densati stadia quinq;. cubita xlviij. constipati stadia occupabunt. ij. & semis,& cubita xxiiij.

CAPVT XII.

ARmabitur phalanx scuto & hasta. Scutum optimum, quod Macedonicum æneum mediocriter cauum ad octo dodrantum magnitudinem. Hasta nulla cubitis octo breuior. longissima, quę eatenus sumi potest, quatenus tenere miles & uti facile ualeat.

CAPVT XIII.

DEcuriones, utpote duces decuriarũ phalangis, optimos esse omnino cõuenit: ita ut statura,& uiribus corporis præstantiores cæteris sint,& rei militaris peritiores. Hoc enim iugũ phalangem cõtinet uniuersam,& in usu præcipuum est. Vt enim gladius pondere sui ferri posterioris,& mole acie efficaciorem præstat: idem in phalange existimandum esse, ut pro acie ac oris cuiusdã robore ipse sit ordo decurionũ. Pondus autem,& molem, & magnitudinis additamentum afferat constituta in tergo militum multitudo. Curandũ quoad fieri potest, ut etiã iugum secundum milite cõstet idoneo. Nam eius quoq; ordinis ista in frontem prominet,& adiuncta priori utilis ex propinquo est,& uel desiderato, uel sauciato decurione secundus se in parte priore constituens ordinis incolumitatẽ seruabit. Tertiũ item iugũ,& quartũ,& reliqua deinceps pro uirtute instituemus, ut qui deterior sit, ijs subinde posterior collocetur.

CAPVT XIIII.

MAcedonica phalanx inexpugnabilis, & intoleranda hostibus habita est genere suo instructionis,& ordinis. Miles enim armatus, uel in duobus cubitis stat, quotiens densari imminens prælium postulat. Sariſſę longitudo ad cubita xiiij. quorum duo manus auferunt, reliqua xij. prominẽt. Itaq; fit, ut secundi suas sariſſas super armatos iugi prioris prominentes ad decem cubita habeant, tertij ad octo: quarti ad sex: quinti ad quatuor: sexti ad duo. Ab his nulla item sariſſa primum superat iugum, quod cum per singulos iugi primi sariſſæ quinq; aut sex promineant. species formidolosa existat consentaneum est. Miles item firmus ac robustus, constat quinque sexq; sariſsis obseptus,& tot tantisq; fultus & innixus facultatibus commilitonum. Qui etiam post sextum positi sunt iugum, etsi minùs sariſsis agunt, tamen pondere sui corporis prominentes augent uires totius phalangis,& facultatem, nec fugiendi ullam ducibus & præstitibus relinquunt occasionem. Nonnulli hastam posterioris militis longiorem, quàm prioris, sumi iccirco uoluerunt, ut etiam qui in tertio & quarto iugo locati essent, spiculis suis pari fronte hostẽ possent excipere. Tergidux

ſuperordinarius,ſingulorũ ordinũ prudens peritusq; eſſe debet,qui prouideat, & procuret,quemadmodũ milites ordinis totius uerſent inter ſeſe,atq; iugent: & recedentes,uel metu,uel aliqua alia cauſa prohibeat,& reſtitui,& cogat in ordinem.at etiam cum conſtipandũ ſit,compellat militẽ,cogatq;, ſi uſus exigit,in arctum quàm maximè adduci. Ita enim fit,ut uires, & robur phalanx accipiat. Quas ob res non modò in fronte,uerùm etiam in tergo legionis principem & ducem aliquem ſtatui neceſſarium ducimus.

CAPVT XV.

HAec de curatione armatorũ phalangis dixiſſe ſufficiat. Nunc de uelite. Inſtruet imperator ſuũ uelitem pro paratu ex conſilio hoſtiũ,modò in fronte, modò in dextra,modò in læua,nonnunquã etiam in tergo, uidelicet quemadmodum res uſusq; exigit.Nos exempli gratia ſic inſtruimus. Decurias quoque in ordine uelitum ſtatuemus M.xxiiij.uidelicet totidem, quot phalanx continet armatorum,ut ſub prima armatorum decuria prima uelitum ordinetur, & ſub † ſecundam ſecunda,& deinceps ſub ſingulis ſingulę conſtituantur.non tamen ex xvj.hominibus has inſtituemus,ſed ex viij.ita ut M.xxiiij.decuriæ compleant hominum viij. milia. cxcij. † ſecunda

CAPVT XVI.

NOmina eorũ,&ordines ita accipe.Quatuor decurias uelitũ ſyſtaſim,id eſt conſtitutionẽ uocamus hominũ xxxij. Duas conſtitutiones pentecõtarchiam, ſemicenturiam dixerim,hominũ lxiiij.Duas ſemicenturias, centuriam, hominum cxxviij.Ineſſe ſingulis centurijs debent ſubordinati quinq;:Signifer, Tergidux,Tubicen,Miniſter,Præco. Duas centurias pſilagiam à ducentis uelitibus,quaſi uelitariam,uel expeditariam nominamus hominum cclxvj. Duas uelitarias,xenagiam,à mercenario milite uelut mercenariam dicimus,hominum D.xij. Duas mercenarias,ſyſtema,tanquàm conſtitutoriam appellamus, hominum M. xxiiij. Duas conſtitutorias, epixenagiam, ceu admercenariam, hominum ij.milia.xlviij. Duas admercenarias, †ſtiphus,hominum iiij.millia. xcvj. Duo ſtiphe,epitagma,uelut additam legionem decuriarum M.xxiiij.hominum viij.milia.cxcij.in his quoq; ſuperordinarios viij.ineſſe ſolitũ eſt, quorum iiij. Epixenagi, hoc eſt duces, ſiue principes Admercenariæ illius habentur,reliqui Syſtematarchæ præficiuntur principes,ſeu præfecti eius, quam conſtitutoriam interpretamur. † ſtiphos

CAPVT XVII.

IAculatores,ſagittarios,& omnes qui aliquo teli genere utantur utiles ad eam rem eſſe conſtat,ut prælium exordiantur,hoſtem prouocent, feriant, ſauciẽt eminus,& proſternant,fundant aciem,repellant equitem, cogant aduerſarium procurſantem loco cedere:explorent,perluſtrent,quæ loca ſuſpecta, locent in ſidias:hi denique,& primum certamen ſubeunt, & unà cum cæteris pugnant. & quanquam cæteri deſierunt,ipſi perſeuerant in dimicatione. omnino genus hoc militum cum operam præſtet celeriorem,agatq; eminus,multa efficere poteſt, & præclara.

De acie Equeſtri. CAPVT XVIII.

EQuitum acies auctores ſuperiores, aut quadratas, aut parte altera longiores,aut Rhombi,cunei ue gerentes ſpeciẽ tradidere.Sed nemo ſuã ferè ſatis expreſsit ſententiam. Quam ob rem nos deſcriptione etiã figurarum formas explicabimus acierũ ipſas,quò poſsint faciliùs percipi.Aciebus ad Rhombi ſimilitudinem formatis Theſſalos primos uſos comperimus, qui plurimum equitatu ualuerunt,Iaſone(ut ferũt)auctore generis huius aciei,utpote ad omnes uſus accõmodatioris.equites enim cõſtituti in hac forma uertere ſeſe in quẽuis proſpectũ poſſunt,minimeq; uel à tergo,uel à latere capientur.Quippe cũ prętiantiores Rhombi latera teneant,& principes angulos regant. Stat enim in priore angulo

angulo turmæ ipsius præfectus: in dextro autem & sinistro, qui custodes uocantur lateris, statuuntur. In reliquo uerò angulo ducem, seu ductorem tergi locari solitum est. Cuneatis Scythæ utuntur, & Thraces. Quin etiam Macedones usi sunt, suadente rege Philippo. Efficacius enim genus id arbitratus est, quàm quadratum, ob eam scilicet rem, quòd suos principes circumpositos habeant, & fronte exigua constet, & equitandi usum per quodlibet interuallum falcalem præbeat regressum, & progressum celeriorem. Quippe quòd minus difficiles illos circuitus habeat, quos quadratæ acies sortiuntur, quas seruare multis in rebus præstantius. Nam & instructio quoniam per uersus, ac iuga ordinetur, occurrit facilior, & principes in hoc uno formandi genere hostem uniuersi aggrediuntur. Optimæ inter quadratas habentur, quæ duplici in longum, quàm in altum numero constent. Exempli gratia viij. in longum, quatuor in altum. aut x. in longum, v. in altum, quæ numero parte altera longiore consistunt: figura autem seu forma quadræ instituũtur. Etenim longitudo equi à capite ad caudam respectu suæ latitudinis plures eos habere debet, qui per iuga ordinentur, quàm eos, qui in uersus se porrigant. Nonnulli triplicem esse longitudinis numerum ad altitudinis probant, scilicet ita arbitrantes fore, ut quadra forma efficiatur. Triplicem enim propemodum longitudinem habere ad suorum armorum latitudinem uidemus. Quapropter cum nouem in fronte statuant, tres in latum componunt. Haud enim fieri potest, ut equitum multitudo posteriorũ, eandem præstet utilitatem, quam in pedestribus copijs, ubi scilicet ponè renitentes primorem continent altitudinem. Equitum nanq; omniũ numerus corpus, pondusq; unum conficit. Itaq; fit, ut si posteriores prioribus iuncti renitantur, nihil suo impulsu proficiant. Imò unà cum alijs labantur, & perturbatis ordinibus grauiùs suo errore, quàm uirtute hostium uersentur necesse sit. Quam ob rem ita euenit, ut quotiens equestris longitudinis numerus æquè & altitudinis constet, numerus ipse quadratus sit: forma autẽ altitudinis parte altera longior. Ast quotiens turmæ forma quadrata est, è contrario euenit, ut equitũ numerus parte altera longior existat.

CAPVT XIX.

RHombi formam omnium maximè necessariam ueniisse in usum creditur, eò quòd præ cæteris omnibus constituto præfecto turmæ, equites, qui in lateribus ordinantur, non ex æquo suo illi præfecto iugent, sed ita subijciantur, ut eorum capita iuxta armos equi præfecti apponantur: interualliscq; inter sese iustis equites, tum dextri, tum læui, tum etiam posteriores discernantur, ne frequentia turbet ordinem, cum equi immitiores in proximos sibi equos conuersi calcitrent, & militibus uulnera infligant. Auctores autem huius generis, aut ita disponunt, ut equites & uersent, & iugent: aut ita, ut uersent quidem, sed nó iugent: aut ita, ut iugent, sed non uersent. Quæ singula quemadmodum se habeant, dicam. Qui Rhombos simul & uersare & iugare uoluerunt, medium, & maximum iugum turmæ numero impari statuunt, ut xj. aut xiij. aut xv. cui ex parte utraq; priore inquam, posterioreq; adiungunt binario primis illis pauciores, uerbi gratia, si maximum illud iugum equitibus constet xv. addita iuga utrinq; denis, aut ternis componunt, & quæ item post hæc utrinq; adiungunt denis, singulisq; conficiunt, atq; ita binario subinde pauciores adijciunt, dum singuli relinquantur, totaq; turmã equitibus consummetur cxiij.

Rhombum dimidiatum, & iam transformatum in triquetrum, cuneum seu rostrum uocamus. quapropter cunei quoq; forma perinde explicata iam est. quod aciei genus, cum suum medium exiens in acutum, & motum facile, quorsum uelit, sortiatur, expeditè admodum uel molem posteriorem sua cum fronte circumagit, & celeriter potest immutari. Alij ita instruxere, ut equites, qui rhombum conficerent, neq; uersarent, neq; iugarent. Ita enim & conuersiones,

& transitiones equitum posse facilius fieri existimarunt, cum non antè, non pòst, non à latere quicquam impediret. Statuunt primum præfectum turmæ, mox ad eius utrunq; latus adiungunt singulos loco submissiore, ut, quod dictum iam est, capita iunctorum equorum iuxta armos præpositi equi ordinentur. Et primus ordo, qui duo latera rhombi contineat, numero impari xj. equitibus constet, præfecto medio constituto, quinis autem in utranque partem suppositis. Deinde iugi principem post turmæ totius præfectum collocant. Tum in eius partem utranque simili ratione quaternos subijciunt, ut totus secundi ordinis numerus nouenarius sit, binario minor priore, & quasi duo æquè distantia latera duobus illis rhombi lateribus primis constituantur. Mox tertium septenario describunt: atq; ita subinde binario diminuentes, in unum usq; deueniunt. Et hæc turma equitibus constat xxxvj. Hoc genere Polybius utitur: sed numero hominum lxiiij. & forma literæ Λ deorsum inuersæ †. Sunt †V quæ ex uersantibus quidem, sed non præterea ex iugantibus constent, quæ ad hunc modum constituuntur. Versu aliquot equitibus instituto, quorum primus præfectus sit turmæ. Vltimus autem tergiductor in eius latus utrunq; uersus alios numero hominum unitate minores disponens, qua eques per interiecta interualla distat ab equite. Quòd si in primo decem sint equites, uterq; appositus nouenis constabit, & tertij octonis, atq; ita numerus subinde decrescet, dum in unum deueniat, sic enim fieri potest, ut equites inter se uersent quidem, sed non iugent. Vtile genus quoq; id disponendi est ad declinationes, quas agi in utrumlibet latus solitum est. At si turma ex iugantibus quidem, sed non ex uersantibus consistere debeat, in hunc modum disponens medium, & maximũ iugum numero constitues impari. Cætera autem subinde per media interualla adiunges, quemadmodũ in superiore turma proposui, atq; ita efficietur, ut turma ex iugantibus tantùm consistat.

CAPVT XX.

TVrmas uario modo, ut etiam leuem armaturam, statuimus. aut enim ante phalangem, aut in latere, aut post leuem armaturam, sed nos describendi exempli gratia post leuem locauimus. Et prima equitibus constet lxiiij. cuius primum iugum equites compleant xv. secundum xiij. tertium xj. & reliqua subin de binario usq; in unum decrescant. Signum is feret, qui in secundo iugo à læua principi iugi astat. Omnes turmæ numero lxiiij. statuentur equites iiij. milia. cxvj. Duæ turmæ epilarchiam, hoc est turmam duplarem constituunt, equitum cxxviij. Duæ duplares Tarentinam reddunt, equitum cclvj. Duæ Tarentinæ magisterium equitum D. xij. Duo magisteria Ephipparchiam, duplare magisterium equitum, M. xxiiij. duplicatum duplare magisterium, telos, equitum ij. millia xlviij. Duplicatum telos, epitagma, id est, summam ordinis, siue agminis, facit equitum iiij. millia. xcvj.

CAPVT XXI.

EXplicatæ iam sunt uariæ sententiæ ueterum, quemadmodũ turmæ instruantur, sed quoniam in his magnã differentiam esse constat, non sine delectu uti debemus: sed quotidianis exercitijs sæpiùs experiri genera instruendi singula. Itaq; securè in prælijs, quod faciliùs, cómodiusq; probetur admittere officium est. Quid enim stultius quàm cum minimis de rebus homines diligenter inquirant, ambigant, perscrutentur, de his tam amplis, tàm necessarijs non ante periculum facere accuratissimè uelint, quàm certamina subeant? Quod tamen genus turmæ probaueris, id licet & augere numero hominũ, & minuere.

CAPVT XXII.

DE curruum & elephantorum institutione, quanquam usus eorũ rarus est, tamen doctrinæ gratia plenioris exponã nomina, quibus auctores superiores

usos comperio. duos currus Zygarchiam, id est parilem uocant. Duas pariles, coniugationem. Duas coniugationes, epizygarchiam. Duplarem coniugationem, duas duplares, harmatarchiam curulem. Duplicatam curulem, cornu. Duplicatum cornu, phalangem. nam etiam in phalangibus curruum licet uocabulis ijsdem uti, quæ modò exposui. Curribus autem ipsis, aut expeditis, aut falcatis usos comperimus.

CAPVT XXIII.

IN ordine elephantorum, qui uni præest elephanto Zoarchus ab animalis præfectura uocatus est: qui duobus imperat, Therarchus à fera, quasi ferarius: & constitutio talis, therarchia, feraria. Qui quatuor dominatur epitherarchus, duplaris ferarius: & hęc cõstitutio epitherarchia, duplaris feraria. Qui octo præfectus est ilarcha, hoc est turmæ princeps: & constitutio ista ilarchia, turmæ præfectura. Qui sexdecim præest elephantarcha, id est, elephantorum præfectus, & constitutio, elephantarchia, præfectura elephantorum. qui triginta duobus imperat, ceratarcha, id est, cornu præfectus, & constitutio ceratarchia, cornu præfectura. Quod autem ex lxiiij. constat, id phalangem uocamus elephantorum, cuius præfectus Elephantarcha uocatus est.

CAPVT XXIIII.

GEnera perfectarum copiarum, & nomina constitutionum, & ordinũ exercitus omnia in hunc modum notata animaduertimus. Vocabula de cætero, quę in pręceptis uersantur, explicasse utile est, ut iam pridem milites, quid quodque significet, certiores, facilè quæ per aciem imperantur intelligere possint, & facere. Est quod declinatio appelletur, cuius duplex est genus: aut enim in hastam, aut in scutum. Immutationem item dicimus, & conuersionem, & reuersionem, & inflexionem: Adhæc uersare, iugare, reddere in arrectum, euoluere, duplicare. Addo inductionem, dextram deductionem, læuam deductionem: Phalangem transuersam, phalangem arrectam, phalangem obliquam. Intercalationem, præpositionem, impositionem, suppositionem, postpositionem, appositionem. Quid quodlibet eorum significet breuiter exponam: Nec ignoro non apud omnes auctores præcepta eisdem esse nominibus tradita.

CAPVT XXV.

DEclinatio est motio militum singulorum, cum uel in hastam, hoc est dextrorsum, sese conuertunt: uel in scutum, hoc est sinistrorsum. Quod commodè agitur, quotiens hostes existunt à latere cornu, utique superandi, aut aduersi itineris gratia, aut ob aliquem usum alium, quemadmodum singulis in rebus ostendam. Duplicata autem declinatio partem uersus eandem, ora militis in hostilem à tergo conatum transfert, quæ res immutatio dicitur, & uel in hastam, uel in scutum fieri solita est. Discrimen duplex notatur immutationis. Aut enim ab hostibus, aut in hostes immutantur. Quam ob rem immutationem ita definiunt, ut prioris aspectus translatio sit in aspectum posteriorem, hoc est tergi, aut è contrario. Immutatio igitur ab hostibus in hastam milite declinante efficitur. In hostem autem bis declinante in scutum fieri assolet. Conuersio est, cum densatis copijs per astitem, substitémque totum phalangis corpus, tanquam hominem unum, uel in hastam uertimus, uel in scutum, ita ut circa primum decurionem, uelut centrum, omnes circumagantur, atque ut locum priorem immutant, ita aspectum dextrum accipiant, singulis substitibus & astitibus loca seruantibus sua hoc modo. Reuersio est conuersionis restitutio in eundem locum, quem antè copiæ densa instructione obtinebant, quàm conuersio fieret. Inflexio est militum ex duabus conuersionibus motio, ita ut locum accipiant posteriorem.

Deflexio

Deflexio eſt militum ex tribus conuerſionibus motio, ita ut ſi ad haſtam agantur, tranſeant in læuum aſpectum: ſi ad ſcutum, in dextrum.

CAPVT XXVI.

VErſare eſt ſingulos ſua in decuria è directo decurioni & tergiductori conſtare, æqua inter ſeſe cõſeruantes interualla. Iugare eſt ſingulos ſua in decuria è directo ſuo aſtiti ſtare ſeruantes ſimili modo interualla. Iugãt ergo præfecto primæ decuriæ omnes decuriarũ prẹfecti. Aſtiti uerò primi prẹfecti aſtitis cæterorũ omnium principũ, ac deinceps ad hunc modum. Reddere in arrectum, eſt militis ora ad primũ aſpectum reſtituere. Verbi gratia, ſi miles aduerſus hoſtes conſtitutus imperetur declinare in haſtam: deinde præcipiatur in arrectum reſtitui, rurſus in hoſtem conuerti, aduerſumq; ſtare oportebit.

CAPVT XXVII.

EVolutionũ duo ſunt genera: alterum per decurias, alterum per iuga. Vtrunque in tres digeritur ſpecies: Macedonicam, Laconicam, Choreum: quæ & Perſica, & Cretenſis nominatur. Macedonica eſt, quæ primorem phalangis locum commutat: & frontem in tergum, aſpectumq; poſteriorem †tradit. Laconica eſt, quæ locum phalangis poſteriorem commutat, & pari ratione relicto priore aſpectu ſumit poſteriorem, tergumq; efficit frontem. Perſica illa, quam & Cretenſem, & Choreum diximus nuncupari, locum eundem ſeruat phalangis militibus ſingulis commutantibus ſua loca, ita ut præfectus decuriæ locum tergiductoris accipiat, & tergiductori uicem præſtet decurionis: fronsq; ex tergo aſpectu poſteriori reddatur. Euolutiones per iuga fieri ſolent, quotiens cornua transferri ad interciſa, ſiue ſecturas, & interciſa ad cornua melius eſt: ut mediæ copiarum partes corroborentur: & aut dextræ per læuas, aut læuæ per dextras reddantur ualidiores. Qui, ne per maiores exercitus partes faciant euolutiones, cauent, hoſte propinquo, per minores ordines eas ſecurius faciunt.

† traducit

CAPVT XXVIII.

QVemadmodum autem euolui oporteat, dicam. Euolutio per uerſum, quę nomen à Macedone accipit, fieri ſolet, cum decurio locum immutat, & poſtpoſiti omnes cõuerſi de haſta ſequuntur, interuallisq; ijſdem ſeruatis conſiſtunt per ordinem. Genus Laconicum agitur, cum decurio immutatus de haſta uniuerſam decuriam transfert, & locum ſibi parem alium accipit, & reliqui omnes ſectantes rectos ſe conſtituunt ordine, & aptant, aut cum tergiductore immutant. primus ſubſiſtens conuerſus de haſta ante ductorem ſe collocat: cæteriq; omnes ſectantes alter ſeſe præ altero ponit, donec præfectus decuriæ primus cõſtituatur. Choreus ita fit, ut decurio de haſta mutatus decuriã antecedat, & cæteri omnes ſequantur, dum ipſe præfectus locum tergiductoris accipiat, & tergiductor præfecti: ita per decurias euolui ſolitum eſt. Quo eodẽ more per iuga quoq; euoluimus, quotiens per ordinem euoluendum ſit, ut quilibet ordo aut locum ſeruans eundem euoluat, aut dextrorſum, ſiniſtrorſũm ue tranſeat. nihiló enim ſecus, quàm modò retulimus, ági oportebit.

CAPVT XXIX.

DVplandi duo ſunt genera: aut enim per iuga, aut per altum duplicamus. Vtrumq; uel numero fit, uel loco. Numero duplicabit longitudo, ſi quæ M.xxiiij. militibus conſtat MM.xlviij. reddatur, inſertis & ſubſtitibus altitudinis in militum interualla eodem, quem longitudo occupat, loco. quod facimus, quotiens denſare longitudinem placet. At ubi reſtituere placuit, euoluere ſua in loca iubemus eos, quos inſeruimus longitudini. Sed ſunt qui genus hoc duplicandi improbent, præſertim hoſte propinquo, expeditasq; copias, atque etiam equites cornibus iungi. Itaque ſpeciem dari duplicationis, ſine duplicandi acceſsione cenſeant. Duplicanda eſt longitudo, quotiens aut

ſuperare cornu hoſtium uolumus, aut ne noſtrum ſuperetur cauemus. Altitudinem duplicare ſolemus, uel addita ſecunda decuria primæ, ita ut ſecundæ præfectus ponè primæ præfectum proximus collocetur: ſecundus ſecundæ, quartus primę cõſtituatur: & tertius ſecundæ, ſextus primæ ordinetur: ac deinceps ad hunc modum, ut tota ſecunda decuria primæ inſeratur, & quarta ſimili ratione in tertiam, & omnes numero pares decuriæ in impares: uel his eiſdem decurijs paribus per euolutionem adiũctis tergo imparium. Aut igitur ita duplicanda eſt altitudo, aut numero eodem ſeruato milites ſeſè longius porrigent, quatenus ſui uerſum & ſpacium altitudinis duplicent. Cum aũt reſtitui oportuerit, aut interiectos adiunctós ue tergo milites illos in ſuas decurias reuocabimus, aut ſpacia coarctabimus, quæ interuallo auximus laxiore.

CAPVT XXX.

TRanſuerſa eſt phalanx, quæ longitudine multò productiore conſtat, quàm altitudine. Arrecta eſt, quæ per cornu progreditur, longè productiore altidine conſtans, quàm longitudine, omninoq; quòd plus longitudinis, quàm altitudinis habeat, oblongum id conſueuimus nominare. Arrectum uerò è directo, quod plus altitudinis, quàm longitudinis habeat: quocirca phalangẽ quoque interpretari licet his eiſdem nominibus. Obliqua eſt, quæ alterum cornu, quod libuerit, propinquum obijciens hoſtibus, eoq; decertans alterum ſemotius teneat manens aggrediendi opportunitatem.

CAPVT XXXI.

INtercalatio eſt, cum interuallis præpoſiti militis inſerimus per directum aliquos ex his, quos poſtponi placuerat. Præpoſitio eſt, cum uel ex utraque parte aciei, uel ex altera tantùm fronti proponimus aliquos ratione auxilij. Impoſitio eſt, cum leuem armaturam interuallis alternatim phalangis totius inſerimus. Poſtpoſitio, ſeu ſubiectio eſt, cum leuem armaturam phalangi incuruæ poſtponimus, ita ut forma omnium copiarum portæ triplicis ſpeciem præ ſe ferat.

CAPVT XXXII.

SEquitur ut quemadmodum ordines conuerti ex ſuo loco, ſuæq; inſtructioni reſtitui debent doceamus. Cum itaq; ordines conuerti in haſtam aſſueſcere uolumus, præcipitur decuriam dextri extremi quieſcere: cæteras omnes per ſingulos declinare in haſtam, dextrorſumq; procedere: tum reddere in arrectum: deinde iuga poſteriora colligere, atq; ita denſato milite conuerti in haſtam. Quo facto ſi reſtitui ſuum in locum placuerit, uidemur immutari ad ſcutum, hoc eſt, quemcunque in locum uergere auerſum: tum ordinem totum reuerti, hoc eſt, quemadmodum milite obdenſato conuerſus ſpectauit dextrorſum, ita totum transferri in locum, unde conuerti inceperat. Mox decuriones quieſcant reliqui, procedant per iuga, deinde immutentur, ut uergant quorſum principio ſpectabant, tum decuria dextri extremi quieſcat. hæc enim ſuum iam obtinet locũ. Reliquæ omnes ad ſcutũ declinent, & procedentes reſtituantur. Ad poſtremum ſurſum præcipitur. Itaque ſuum quiſque recipit locum, & ſeruat. At ſi conuertere ordinem ad ſcutum uelimus, præcipitur decuriam læui extremi quieſcere, reliquos omnes declinare in ſcutum, ſiniſtrorſumq; procedere, tùm reddere in arrectum. Deinde iuga poſteriora colligere, mox ad ſcutum conuerti, ut iam actum ſit, quod uoluerimus. Hinc ſi reſtituere placet, non ſecus quàm illos in haſtam conuerſos reſtituemus: quippe qui rurſus quemq; in haſtam immutari præcipiamus. Deinde ordinem reuerti, mox decuriones quieſcere, & reliquos omnes procedere per iuga, tum immutari: poſtmodum decuriam læui extremi quieſcere, utpote ſuum iam locum obtinentem reliquas declinantes in haſtam procedere, dum iuſta recipiant, interualla, ad poſtremum reddere in arrectum: atq; ita omnes ſuum locum recipient.

Sin

Sin autem inflectere ad hastã placuerit, duas simul conuersiones ordinis faciemus. Itaq; efficietur, ut decuriones à prospectu aduerso in aduersum per ordinis immutationem transeant. At cum restituere uolumus, præcipitur item ad hastam inflectere, hoc est duas item conuersiones ibidem ordinibus dare. Ita enim fit, ut eodem spectent decuriones, quorsum principio constituti spectabant, antequàm ulla inflexio fieret. Hæc cum fecerimus, decuriones quiescere præcipiemus, reliquos immutatos iuga relaxare posteriora, tum rursus mutari, & ordinis postremam decuriam dextram quiescere. Iam enim hæc suum in locum restituta est, reliquos declinare in scutum, procedere, & suis interuallis restitui, mox reddere in arrectum. Itaq; ordines primum suumq; locum recipient. Sed si inflectere ad scutum uelimus, præceptis utemur contrarijs: hoc est, bis inflecti in scutum: quo facto, restitutionem agemus, quod ex his, quæ modò exposui, apertum iam est. Deflexio agitur, cum ordinem ter partem uersus eandem conuertimus, hoc est aut in hastam, aut in scutum. facit porrò inflexio in hastam, ut militum ora transferantur à parte primore ad posteriorem. Deflexio autem facit, ut à primore, uel ad læuam deueniant, uel ad dextram. nam si ad hastam deflectitur, in læuam transfertur: si ad scutum, in dextram.

CAPVT XXXIII.

SI phalangem densari cornu uersus dextrum placuerit, præcipiemus decuriam cornu dextri quiescere: reliquas autem declinare in hastam, atq; in dextram colligere: tum reddere in arrectum, & iuga posteriora colligere. Cum autem restituere libet, quiescere decuriones, reliquos immutari, & iuga relaxare posteriora. Deinde rursus mutari, mox decuriam cornu dextri quiescere: iam enim restitutum in dextro est. reliqui ad scutum declinent, suosq; duces sequantur, & primis interuallis receptis reddant in arrectum. Si autem cornu uersus sinistrum densari phalangem libuerit, præceptis è contrario utemur. Mediam item phalangem si densari placuerit, præcipiemus dextram duplarem phalangem declinare ad scutum, læuam ad hastam, tum procedere mediam uersus phalangem, mox omnes redderein arrectũ, iugaq; posteriora colligere. At si phalangem primis instituere locis uelimus, præcipitur immutari, & per iuga proce restituere
dere, excepto primo, tùm omnes rursus mutari, & dextram duplarem phalangem declinare in hastam, læuam autem in scutum. mox sectari suos ductores, donec ad prima deueniat interualla. deinde reddere in arrectum. Sed quotiens immutatur, si per densationem agitur, erecta teneri spicula omnia, ne impediant, conuenit. ijs eisdem exercitijs, ac præceptis leuis quoq; armatura instituenda, erudiendaq; est.

CAPVT XXXIIII.

SVnt certè præcepta hæc immutationũ, Conuersionũ, Inflexionũ, Euolutionum, & Restitutionum utilia ad subitos superuentus, quos uel à latere, uel à fronte intulerint. Macedonicã euolutionẽ Macedones inuenisse proditum est. Laconicã ad Lacedæmonios referunt auctores. quocirca ita nuncupari meruerũt. Philippũ tamen qui Macedonũ imperium auxit, & Græcis apud Chæroneam profligatis Græciæ imperauit, ac eius filium Alexãdrũ, qui breui Asiã in suam ditionẽ redegit, Macedonicã neglexisse euolutionẽ legimus, ut nisi summa utendi necessitas cogeret, nunquã uterentur. Laconicæ usu utrunq; aduersarios deuicisse ferunt. Datur enim Macedonicæ uitio, quòd hoste repente à tergo superueniente nõ sine magna turbatione ageretur. Nam cum posteriores conuerterent sese in locũ priorẽ, & rem haudquaquã fugæ dissimilẽ facerẽt, hostes audaciores reddebantur: & ãmilites, qui ita euoluissent, deterrere, ac persequi poterant. Laconica cerrè è contrario agit. Vbi enim duces unà cũ sequente milite uerterunt sese obuios in hostem à tergo superuenientem, terrorem inferre nimium possunt, & turbationem.

CAPVT XXXV.

SEd assuefaciendæ sunt copiæ tàm pedestres, quàm equestres, partim uoce, partim signis, quæ uisu percipi ualeant, ut rem aptè ac opportunè, quam quisque exigat usus, possint expedire. Nonnulla etiam tuba præcipi conuenit, ita enim pleniùs omnia ministrabuntur. Certiora sunt ea, quæ uoce indicantur, nisi quid sit impedimento: sed tranquilliora, quæ signis mandantur, uidelicet cum res nulla est, quæ obstet atque obscuret. Vox autem percipi interdum non potest aut propter armorum sonitum, aut propter equorum transitum, & hinnitum, aut propter impedimentorum tumultum, & totius multitudinis strepitum. Signa quoque multis rationibus obliterari possunt, ac euanescere, & crassitudine aeris, & puluere excito, & hymbre, & solis splendore opposito: ad hæc locorum inæqualitate, & frequentia arborum. Adde quòd interdum fieri non potest, ut signum ad unumquemque usum præparemus: cum longè plura possint occurrere, quàm quibus assuefacti sint milites. Quamuis autem rebus quidnam cósueti signi afferatur: non tamen concidi ita potest, ut præceptum simul & uocis & signi, incertum sit.

De itineribus. CAPVT XXXVI.

NVnc de itineribus dicam, si ante quot modis expediri solet iter diffiniam. Itinerum aliud arrecta inductio est, aliud deductio, aut dextra aut læua: & aut simplici, aut duplici latere, aut triplici, aut quadruplici agminis procedetur. Simplici, cum ex parte una aduersarium aggressurum suspicamur: duplici, cum ex duabus: triplici, cum ex tribus: quadruplici, cum undiq;. Vnde fit, ut iter aut simplici phalange agatur, aut duplici, aut triplici, aut quadruplici. Arrecta inductio est, cum ordo ordinem sequitur. Verbi gratia, cum uel xenagia præcedente, reliquæ sequuntur xenagiæ, uel quadruplarem decuriam reliquæ ordinatim sectantur. Itemq; agitur per cornu altitudine longè productiore, quàm longitudine. nec pluribus, quàm duabus decurijs, hominibus denis compositis, constet ordo. Huic opponitur genus aciei, quod Cœlembolum, quasi rostrum cauum nominamus, quod ita instruitur, ut duplicatæ phalangis præcedentia cornua inter se distent, sequentia iungantur ad formam literæ V. sicut descriptio ostendit. Quæ ut primos disiectos, ita iunctos inter se habet ultimos. Cum enim arrecta illa inductio medium aduersariorum petat, habet id cauum rostrum in promptu, ut soluta coniunctione extremorũ, impetum copiarum primarum frustretur, lateraq; inuadat arrectæ inductionis inimici. Quin etiam triplex phalanx obijci huic eidem generi ita potest, ut una alterius cornu impugnet, secunda reliquum cornu aggrediatur, media & tertia impetum maneat & conflictum.

CAPVT XXXVII.

DEductio est, cum phalanx suos duces, hoc est, decuriones, aut parte dextra habet deducentes, quæ dextra deductio dicitur: aut læua, quæ deductio læua nuncupatur, non item per decuriam, sed per iuga ambulans, cornu præposito: & latere instructa aut duplici, aut triplici, aut etiam quadruplici, prout hostem existimet aggressurum. Sed quasi utraque phalangis pars suo latere conflictum ineat primum, ita describatur, ut longitudinem triplicem, quàm altitudiné habeat. Frons enim decé, altitudo tribus constat hominibus. Quam ob rem miles non tantùm ex directo, uerùm etiam ex latere aggressus conflictum tum excipere, tum inferre nimirum per exercitationem debet condiscere.

Caput

CAPVT XXXVIII.

PHalanx, quæ antiſtomus à duplici frontis ſeu oris obiectu, quaſi occeps uocata eſt, ita inſtruitur, ut medij tergis inter ſeſe oppoſitis conſtent. Extremi autem confligant cum aduerſarijs. Perutilis hæc pedeſtribus copijs eſt, cum aduerſus largam hoſtium equeſtrium copiam dimicant. melius enim reſiſtunt circumuentioni, & multiplici equitum inuaſioni. Valet hoc inſtruendi genus potiſsimum contra barbaros, qui loca Iſtro amni uicina incolunt, quos Amphippos cognominant à mutatione equorum. ex alijs enim equis in alios tranſilire conſueuerunt. Equeſtres, quæ opponuntur copiæ, forma conſtantes quadrata, in ordines duos parte altera longiores, pro uſus neceſsitate diuiſæ ſunt, ut totidem membris phalangis peditum bipartitæ obijciantur.

CAPVT XXXIX.

PHalanx amphiſtomus nomen à duplici fronte, ſiue ore in lateribus inſtituto acceperat, ita ut latericeps quædam, & anceps poſſet nominari. Similis ſuperiori occipiti eſt, præterquàm quòd illa ſuis extremis decertat, hæc ſuis lateribus dimicat. Cætera uerò, quæ de ſuperiore expoſui, huic quoque conueniunt omnia. Haſtis longioribus, tam hæc, quàm ſuperior illa pugnat more Alanorum, & Sauromatarum. Spectat decuriarum dimidium in partem priorem, reliqui conuerſi ſunt in poſteriorem, ita ut dimidiati milites oppoſitis interſe tergis prælientur fronte duplici, altera priore, quàm decuriones conficiant: altera poſteriore, quàm tergiductores: cum etiam in duplarem phalangem copiæ diuidi poſſunt, ut frons prior altera conſtituatur phalange, poſterior altera conſtet.

CAPVT XL.

PHalanx duplaris antiſtomus, hoc eſt occeps nuncupatur, quæ ſuos duces non extra per deductiones, ſed intus aduerſos interſe poſitos habeat. Tergi autem ductores extrà, uidelicet in dextram, læuamq; deductionem diſtinctos. Forma hæc inſtrui ſolet, quotiens aduerſarij equites forma roſtri aggrediuntur. Cum enim roſtrum exeat in mucronem, ducesq; ſequentes de latere habeat, tentantesq; frontem copiarum pedeſtrium rumpere: ne id eueniat, duces peditum in medio ſtant, ut impetum aduerſariorum uel impediant, uel in re infecta faciant præterire. Qui enim roſtro inſtructi aggrediuntur, ea ſpe ſunt, ut medios aciei profligant, omnesq; turbent copias. Quod cum principes copiarum pedeſtrium intelligant, utraque ex parte ſeſe ueluti murum conſtituũt, & paulò interſe diſtantes, uergentesq; ad locum penitiorem impetum irritum reddunt aduerſariorum. Genus id inſtruendi equeſtre, quod roſtrum dicimus, Philippum regem Macedonum inueniſſe ſcribitur. præponere ille ſtrenuos omnes ſolebat, ut eorum uirtute miles quoq; deterior contineretur, opusq; unà cum præſtantioribus proſequeretur more ſpiculi, aut enſis, cuius acie pro ſua ſoliditate, ſuoq; acumine facilè tranſigente, reliquum etiam ferrũ, quanquam hebes non ſine efficacia penetraret.

CAPVT XLI.

PHalanx duplaris periſtomus, ſeu amphiſtomus, id eſt latericeps, ſiue anceps, illa eſt, cuius partes per deductionem cornu præpoſito obliquè procedant, & dextra habeat & læua tergiductores intus. Cum enim aduerſa acies quadra diuidat ſe in duo obliqua cornua dextrum, & ſiniſtrum, cupiẽs aciem hoſtium ſimilem circumuenire, hac de cauſa, qui circumuentum ſibi uidentim minentem in duplicem mobilem phalangem ſeſe efformant, & partem ſui alteram in læuum dirigunt cornu, alteram uertunt in dextrum: unde nomen periſtomi, hoc eſt latericipitis genus id accipit, quippe quod latere ſuo utroq; frontem ſpectantem in hoſtem habeat.

CAPVT XLII.

PHalánx homœoſtomus à ſimilitudine oris, ſeu frontis nominata, quam ſimi licipitem appellárim, ita fit, ut decuriam perfectam, hoc eſt hominum xvj. mouétem in hoſtem ſequatur alia ſimilis, unde Homœoſtomus dicta eſt. Nam & qui ſequuntur ſimili fronte & forma comitantur. Opponitur huic genéri aciei quod plinthium à latere uocant, quem ſi placet †Laterulum dices. Ordinatur id genus tam forma, quàm numero, æquilaterum. Forma inquam, cum undiq; æqualibus conſtet ſpacijs: Numero autem, quot hominibus longitudo componitur, totidem etiam altitudo. In hoc eodem ordinis genere omni ex latere annatos apponi ſolitum eſt, nullo uel ſagittario, uel funditore adiuncto. Conficitur hic laterulus ex duabus dimœrijs. decuriæ nanque dimidium dimœriá dicimus. Cum.n. decuria ſedecim conſtare hominibus debeat, dimœria octo conſtat. Bipartia id interpretetur, ſi placet, quoad melius uocabulum inuenerimus. Phalanx duplaris homœoſtomus eſt, cum partes æquali progredientes itinere, aut in dextra deductione ambæ continent ſuos duces, aut in læua. Phalanx heteroſtomus à frontis diuerſitate appellata, quam Verſicipitem dixerim, ita inſtruitur, ut ambulans per inductionem duces ordinis præcedentis habeat, ut ſit in dextra deductione, ſequentes autem in læua, ita ut ordines alternata principum locatione procedant. Nullus enim eodem latere ſuos continet principes, quo antecedens.

†Laterculum.

CAPVT XLIII.

TVrmam quæ ad ſpeciem oui inſtruitur, Ileon Theſſalus excogitarat, unde †ile uocata eſt, ſuoſq; Theſſalos eo ipſo genere inſtruendi exercuit. Vtile hoc eſt, cum ſingulis ſuis angulis ſingulos habeat principes: primum, ilarcham, hoc eſt turmæ præfectum: ultimum, tergiductorem: utrinq; autem, lateris cuſtodes. Opponitur huic acies, quæ forma lunæ cornibus in partem ductis priorem formetur, ducesq; ſuis in cornibus habeat, & ſuis brachijs circumuenire aduerſas equitum copias tentet. Quãobrem illi more Tarentinorũ à lógè iaculantur circularem retorquentes acceſſum, & turbantes. Tarentinos iaculatores appello, ſicut inter initia operis dictum eſt, à Tarẽto Calabriæ oppido, cuius equites paruo quodam iaculo uti conſueuerunt.

†ἴλη.

CAPVT XLIIII.

TVrma parte altera longior, duplici altitudine conſtat, quàm longitudine. Vtilis hæc multifariam eſt, quippe quæ poſsit decipere aduerſarios, quaſi paucos contineat milites, quoniam non multum latitudinis occupet: & rumpere facile pro ſua denſitate & impetu aciem aduerſam. Apta etiam eſt, ut ſenſim per locorum anguſtias tranſeat. Opponitur ei pedeſtris acies, quæ tranſuerſa phalanx uocata eſt. porrigit enim ſe longius: ut, etiam ſi interrumpatur, exigua ſit, quæ rumpitur altitudo, & equitum impetus non in multitudine hæreat, ſed in uacuum breui efferatur. Hæc enim cauſa eſt, cum multiplicem ad ſuam altitudinem habeat longitudinem.

CAPVT XLV.

ESt & altera turma oui ſimilitudinem gerens, de qua nihil amplius dici poteſt, quàm ita eſſe compoſitam, ut uerſet quidem, ſed non iuget. Nam eius uſum, cómoditatemq; ſuperius expoſuimus. Ergo genus id inuentum ab Ileone Theſſalo, mãdatum pòſt exercitationi ab Iaſone Medeæ marito, tutum etiá & percommodum eſſe, cum undiq; cuſtodiatur decurione, tergiductore, cuſtodibus lateris, apertum iam eſt. Conſtat hæc turma ex equitibus ſagittarijs, more Armeniorum, & Parthorum. Opponitur ei acies pedeſtris, quæ epicampius emproſthia dicitur, id eſt inflexa antica, ob eam rem, quia ductis cornibus in partem priorem in ſinum ſe circumagit, flexúmque imitatur. Fraudem hæc in ſagittarios equites ita emolitur, ut uel egreſſos, & cominus dimicantes

dimicantes ſuo complectatur ſinu, & circumueniat: uel cornibus ſuis perturbet illorum robur, & frangat, atque ita medio milite alacriore poſsit euincere.

CAPVT XLVI.

TVm etiam genus habetur phalangis, quæ epicampius opiſthia dicitur, è contrario quàm ſuperior informata. Dum enim illa antè ſe flectat, hæc ſua cornua in partem ducit poſteriorem: itaque ut illa antica, ſic hæc poſtica nominetur. Vtilis ea quoque ad fraudem eſt: quippe quæ parte media patens, paucos qui præcedant oſtendat, multos autem qui poſtſubſequantur habeat, ut ſi conflictum tolerarint, ſuperarintq; ſatis ſit: ſin minus, facilè ad utranque ſuorum partem recurrere, iungiq; maiori ordini ualeant. Quæ autem contra id genus opponitur, incurua ob id appellata eſt, quoniam in portionem flectitur orbis. Studet hic ſuas copias paruas eſſe oſtendere frontis incuruæ ratione. Quippe cum omnia, quæ in orbem globúm ue formantur, parua, ſuo quidem ambitu, eſſe uideantur: quanquam, ſi explicentur, in duplum ſe porrigunt. quod liquidum in columnis eſt, quæ cum in orbem ſe colligant, undecunq; aſpiciantur, dimidium ſui tantùm patere patiuntur, reliquum penitus occultant. Eſt autem optimum inſtruendi artificium, ut plus inferas aduerſarijs copiarum, quàm primo aſpectu oſtendas.

CAPVT XLVII.

EQueſtris phalanx quadrata, & ſi forma, ſeu figura quadra inſtruitur, tamen non numero quoque aptatur quadro. Haud enim in quadratis numerum certò deſcribimus. Sed licet etiam duplicem ad altitudinem reddere longitudinem, uidelicet pro uſu Imperatoris. Perſæ potiſsimum forma hac uſi ſunt, & Siculi, & Græcorum complures: cum & facilem eſſe inſtructum animaduerterent, & uſum commodiorem. Opponitur ei phalanx pedeſtris, quod roſtrum uocamus, ita inſtructa, ut latera omnia armatis compoſita habeat. Translata hæc forma ab equeſtribus roſtris eſt. Verùm in ordine equeſtri unus in monte primore ſatis ſit. At in pedeſtri non unus occurſioni hoſtium ſufficit, ſed tres pugnent neceſſe eſt. Sic Epaminondas Thebanus Imperator, cum apud Leuctra aduerſus Lacedæmonios decertaret, conſtipatis in roſtrum copijs ingentem exercitum profligauit. Effici genus inſtruendi hoc ſolet, quotiens duplaris antiſtomus, hoc eſt anceps, illa ſua cornua priora coniungit, poſteriora ſeiungit ad formam literæ V. deorſum inuerſæ Λ.

CAPVT XLVIII.

GEnus, quod plæſium parte altera longius appellamus, multiplici longitudine, quàm altitudine conſtare, & omni ex latere armatis componi ſagittarijs, ac funditoribus conſtitutis in medio, ſolitum eſt. Qui contra eiuſmodi formam præliantur, genus phalangis, quam implexam uocamus, obijciunt, ut ſuæ formæ inæqualitate prouocent plæſium aduerſum impetum facere in eos, qui prominent, atque ita reſoluere denſam plæſij inſtructionem. Et quidem decuriones implexæ phalangis duces aduerſos obſeruant, ut ſi denſa acie illi agant, ipſi quoque denſa excipiant: ſin illi reſoluantur, ipſi etiam diuiſi occurrant.

CAPVT XLIX.

PHalangis circumuentio eſt, cum cornu utrunque ſuperat aduerſarios, hoc eſt excedit, & quaſi complectitur. Alterius cornu circumuentio eſt, cum altero cornu hoſtem ſuperamus. Vnde fit, ut qui ſua phalange ſuperat, idem etiam cornu ſuperet aduerſarium: qui autem cornu ſuperat, non preterea idem phalange ſuperet. Fieri enim poteſt, ut etiam paucioribus copijs hoſtem ſuperes tuo cornu, & complectaris.

Caput

CAPVT L.

EXtenuatio est, cum altitudo phalangis contrahitur, ut si ex xvj. quibus constat hominibus redigatur in pauciores. Impedimenta haberi in primis necessarium est, & ducem ijs constituere probum conuenit. Modis quinq; possunt duci impedimenta. Aut enim præcedent copias omnes, aut sequentur, aut in alterutro latere constituentur, aut in medio copiarum claudentur. Ponentur ante phalangem, si hostilem agrum ingredieris: post phalangem, si latera metuis: intra phalangem, si planum agmen placuerit ducere.

CAPVT LI.

POstremò præcepta repetamus, colligamusq; omnia acierum instruendarum, si prius admonuerimus breuiter, quicquid præcipi usus exigat, id & breue esse, & omni ambiguitate carere oportere. Non enim solùm celeritate est opus, uerùm & claritate uocabuli, ne alij hoc, alij illud, & plerunq; contrarium faciant. Verbi gratia, si dixeris, declina, uerbo hoc audito, possunt alij declinare in hastam, alij in scutum, quæ res non parum inferret perturbationis. Cum itaq; generis, ac totius loco habeatur uocabulum illud, declina, adiungere debemus ad hastam, aut ad scutum, prout res exigit, & quidem ante, ut pars toti anteponatur, hoc modo, Ad hastam declina: ita enim omnes idem sine errore facient. Item immuta, aut euolue generis præfert communitatem. Quam ob rem partem, siue speciem præponemus, ut in hastam immutare. Sic itaq; præcipiemus, Laconicam euolue, Macedonicam euolue, choreum euolue. Nam si euolue Laconicam dixeris, aut euolue Macedonicam, eueniet, ut diuersæ euoluendi agantur species. Hac igitur ratione cauendum est, ne quid ambiguè, ne quid obscurè incerteq; præcipiatur, & ut species suis anteponãtur generibus seruandum omninò est.

CAPVT LII.

IVuat porrò ad eam rem plurimum silentium militum. Quo circa silendum in primis, attendendumq; imperatis, quod Homerus quoq; poëta præclarè illis carminibus notat:

Sic Argiua phalanx in prælia densa moueri
Assiduè, pariterq; suos dux quisq; regebat
Imperitans, alij mox festinare silentes:
Dixeris haud tantas gentes sub pectore uocem
Condere, conspecti metuentes principis ora.
Barbarorum contra tumultum, & turbam pecori ita comparat.
Ac uelùti innumeræ domini locupletis in aula
Ad mulctram coguntur oues, balatibus illæ
Perculsæ caræ sobolis, uoce omnia replent.
Sic Troum audiri per campos undiq; clamor.
Et alibi eadem de re ita refert:
Tum Phryges ingenti strepitu, & clamore feruntur,
More gruum passis liquido super aëre pennis.
Quæ postquam gelidas hyemes, hymbremq; niualem
Fugere, oceani repetunt clangoribus undas.
Ast animos taciti spirantes ire Pelasgi,
Alter in auxilium alterius properare parati.

CAPVT LIII.

AGe ad arma, assiste ad arma, impedimenta à phalange secedant, miles attendat præceptis, suscipe, recipe, dicta, erige spiculum, uersa, iuga, respice præcedentem, suam decuriam dirigat tergi ductor, constituta interualla conserua: ad hastam declina, collige, ita consiste, in arrectum redde: ad scutum declina, collige, consiste: ad hastam immutare, collige, ita consiste: Altitudinem

duplica,

duplica, restitue: Laconicam euolue, restitue: Macedonicam euolue, restitue: Chorum euolue, restitue: Ad hastam conuertere, restitue: Ad hastam reflecte, restitue. Hæc de aciebus instruendis habui, quæ breuiter ad te scriberem Imperator, tibi uictoriam, hostibus profligationem allatura.

EX AELIANI RVSTICIS EPISTOLIS,

INTERPRETE SEBASTIANO GVLDENBECKIO.

ΕΚ ΤΩΝ ΑΙΛΙΑΝΟΥ ΑΓΡΟΙΚΙΚΩΝ ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ.

Εὐθυκομίδης Βλεπαίῳ.

Ἀιαψύχοντί μοι πῶς τῶν ἄλλων οὖν βόστρυς, ἡ Μανία προσελθοῦσα ἐθρύπτετο. Καὶ ὡραιζομένην, τοῖς ἐβαλε τοῖς σκώμμασι. ἐγὼ ἤ παλαιὸν δή τι ὑπετεθυμωμένος αὐτῆς, διενόουν τι δράσαι θερμόν. ὡς οὖν ἄσμενος ἐλαβόμην, πλησιάσας, τὰς μὲν ῥᾶγας εἴασα: ἐφειρυσάς δὲ κἀμάλα ἀσμένως τῆς ὥρας ἐτρύγησα. ταῦτά σοι πρὸς τοῦ Πανὸς μυστήρια τὰ μεγάλα ἔσω.

Κωμαρχίδης Δρωπαίῳ.

Ἡμέρων ὁ μαλακὸς φλεβίῳ ἐπέκοψε τὸ σκέλος παῦν χρηστῶς. καὶ θέρμη ἐπέλαβεν αὐτόν, καὶ βουβὼν ἐπύρθη. Βουλοίμην δ' ἂν αὐτὸν ἀναῤῥωσθῆναι, ἢ μοι μεδίμνους ἰσχάδων ἀπάρξαι τέτταρας. τῶν δ' οὖν τῶν τὰ μαλακὰ ἔρια, ἣν ἐπαινῶ πρός σε, πρὸ ἐμοῦ πρόσειπε, καὶ τῷ βοΐδιῳ, καὶ τῷ ἰωῷ, καὶ τῷ Μανίᾳ καὶ αὐτῷ χαίραν λέγειν.

Εὐπιθίδης Τιμωνίδῃ.

Ἀδικεῖ με ἡ πρός σου Σκύλη πρωαιρουμένη τῶν δραγμάτων, καὶ πρακλέπουσα. ἐὰν μὲν οὖν παύσηται, καλῶς σοι, καὶ μηδεμιᾷ φίλοι. ἐὰν δὲ ἔχῃ ἔργου, δικάσομαί σε βλάβης. καὶ γὰρ ἂν εἰκότως μοι σφάξαι τὰ τῶν προγόνων ἱερεῖα, εἰ Εὐπιθίδης ὁ Κορυδαλλεὺς ἐμαυτὸν πωλιόψομαι προσκλύμενον: καὶ ταῦτα ἐπ' ἀνδρὶ πόλου ἴσως δυοῖν μναῖν ἀξίου.

Ἀνθεμίων

Euthycomides Blepæo.

QVM ego expositos soli botros reficerem, Mania ad me accedens ludebat, comptaq; multis dicterijs impetebat. At ego iam olim eius amore captus, parabam aliquod audax facinus perpetrare. eam igitur lubens complexus, propiùs accessi, & acinis uuarum relictis, cum ad eam, & quidem lubenter, adrepsissem, ex uenustate eius demessui. Hæc tibi, per Pana obtestor, sint magna mysteria.

Comarchides Dropæo.

HEmeron ille mollis crus impegit subere haud sanè commodè: eumq; calor inuasit, & inguen intumuit. Quem ego malim recuperare uires, quam mihi medimnos caricarum ficuum quatuor suppetere. Quem illam molli uellere, quam toties tibi prædico, meis uerbis salutato, & duas buculas, & canè, ipsam quoque Maniam saluere iube. †addo ὃ

Eupithides Timonidi.

INiuria est in me tua Secyla dum me spoliat manipulis, ac suffuratur. Quod si in posterum abstinebit, bene habet, amici usque inter nos erimus: sin ut cœpit perget, agam tecum damni dati. Quod nisi facerem meritò ingemiscerent maiorum sepulchra, quòd ego Eupithides Corydallensis negligam me confodi lædíque, idq; à mancipio uix duabus minis æstimando.

Anthemion

Anthemion Draceti.

QVid tu boni egisti, quid ue à te peractum est frugi? Ego namque uitis ubi ordinem duxissem, mox stolones ficorum teneros iuxta plantaui: ac in circuitu septi ouium defixi oleas. posthæc mihi cœna fuit, in qua pultem pisi, tresq; amplos exhausi calices: ac suauiter dormiui.

Bæton Anthemioni.

ALucaria mihi apibus uacua sunt, ac profugerũt è laribus hactenus quæ nunquam fuerant fugitiuæ, quinimò etiam fidæ permanserunt, ac incolebant ceu domos sua ipsorum alucaria. Habebant etiam pratum rosidum, & florum quoque ferax: proinde excipiebamus eas epulis instructissimis. At ipsæ præ sedulitate nimia uicissim nos quoque conuiuio excipiebant largo & suaui, nempe melle: nec unquam huiusce dulcis fœturæ expertes erant. At nunc fuga abiêre, haud quicquam à nobis læsæ, ita me Aristæus, aut si mauis ipse Apollo amet. Ac ipsæ quidem fugitiuæ sunt, domusq; desolata est, sed & flores quæ in pratis sunt ibidẽ flaccescũt. Interi ego quoties in mentẽ uenit uolatus ipsarum, & iucundæ choreæ, nihil aliud quàm filiabus orbatum me esse reputo. Succenseo quippe ipsis. Quid enim suum alumnum deseruerunt, & planè patrem, & tutorem, & curatorem nequaquã ingratum? Sed necesse est me indagare ipsarum errores, & ubi tandem perfugæ consederint, quisue eas susceperit. idq; eò, quòd alienas detinet. Tum inuentis ingeram probra multa, ingratis ac perfidis.

Callarus Callicli.

ET quo tandem quis deriuabit fluentum? Si prohibes in uiam excurrere: nec in uicinorum prædia licet immittere: certè non iubebis me ipsum ebibere. Vetus dictum est, Res molesta est uicinus malus. id fidem accepit nunc adeò ex te. at nihil agis tua istac uiolentia. nunquam enim tibi uendemus prędium, sed tecum potius iure aget super his herus, si modo mentis est compos.

Dercyllus

Ἀνθεμίων Δράκητι.

Τί σοι καλὸν ἔργασαι, καὶ τί σοι πεπόνηται χρηστόν. ἐγὼ γὰρ ἀμπελίδα ὄρχον ἐλάσας, εἶτα μοσχίδια συκιδίων περαφυτεύσας ἄωλα, καὶ περὶ κύκλῳ πρὸς τὸ αὐλίον κατέπηξα ἐλαίας. εἶτά μοι δεῖπνον καὶ πίσινον ἔτυχε, καὶ τρεῖς ἀφροὺς ἐξεκάναξα κύλικας, καὶ ἀσμένως καθεύδαρθον.

Βαίτων Ἀνθεμίωνι.

Τὰ σμήνη μοι τὰ μελιτῆρα λιγυρὰ. καὶ ἀπωφοίτησαν τῆς ἑσίας, οὐκ οὖσαι πώς ἀφαπεπλόν: ἀλλὰ γὰρ καὶ πισαὶ δὲ μένουσι, καὶ ᾤκουν ὡς οἴκους εἰς αὖθις αὐτῶν σύμβλους. καὶ εἶχον λειμῶνα εὔδροσον, καὶ κρίνα καὶ ἀνθῶν εὔφορον. καὶ εἰσιῶμεν αὐτὰς παυσιλαισία. αἱ δὲ ὑπὸ τῆς φιλεργίας τῆς ἄγαν αὐθεσίων ἡμᾶς πολλῷ καὶ καλῷ ἀεὶ μέλιτι: διὸ οὐδέποτε τῆσδε ἦλθον τῆς γλυκείας ἄπαρνοι. νῦν δὲ ὤχοντο ἀπιοῦσαι λυπηθεῖσαι πρὸς ἡμῶν οὐδέν, οὐ μὰ τὸν Ἀρισταῖον καὶ τὸν Ἀπόλλω αὐτόν. καὶ αἱ μὲν εἰσι φυγάδες: ὁ δὲ οἶκος αὐτῶν χῆρός ἐστι, καὶ τὰ ἄνθη τὰ ἀεὶ λειμῶνι πρὸ αὐτὰ γηρᾷ. ἐγὼ δὲ αὐτῶν ὅταν ὑπομνήσθω τῆς πρήσιος, καὶ τῆς εὐχαρίσου χορείας, οὐδὲν ἄλλο νομίζω θυγατέρας ἀφηρῆσθαι. ὀργίζομαι μὲν οὖν αὐταῖς. τί γὰρ ἀπέλιπον τροφίας αὐτῶν καὶ ἀτιχνῶς πατέρα, καὶ φρουρὸν καὶ μελεδωνὸν οὐκ ἀχάρισον; δεῖ δέ με αὐχνεῦσαι τὴν πλανίαν αὐτῶν, καὶ ὅποι ποτὲ ἀποδρᾶσαι κάθηνται: καὶ τίς αὐτὰς ὑπεδέξατο, καὶ ὅστις, ἔχει γάρ τοι τὰς μισθὸν προσκούσας: ἔνθα εὑρὼν ἀνείδιῶ πολλὰ τὰς ἀγνώμονας καὶ ἄπιστος.

Κάλλαρος Καλλικλεῖ.

Καὶ ποῖ τις ἀποτρέψει τὸ ῥεῦμα; εἰ γὰρ μήτε εἰς τὴν ὁδὸν ἐμβαλεῖ, μήτε εἰς τὴν τῶν γειτόνων διαβήσεται, οὐ λήψου μελευσῇς ἡμᾶς ἐκπιεῖν αὐτό. πάλαι γὰρ ἦν λέλεκται κακὸν εἶναι γάτῳ κακός: πεπίσθυται δὲ νῦν οὐχ ἥκιστα ἐμοὶ σοῦ. ἀλλ' οὐδενί σοι πλέον τῆς βίας. οὐ γὰρ ἀφαιρησόμεθά σοι τὸ χωρίον. δικάσεται δὲ πρότερον ὑπὲρ τούτων πρὸς σὲ ὁ δεσπότης, ἐὰν περ τὴν διανοιαν ὑγιαίνῃ.

Δέρκυλλος

Δέρκυλλος Οπώρᾳ.

Οὐχ ὅτι καλὴ λέγεις εἶναι, οὐδ' ὅτι πολλοὺς ἐραστὰς λέγεις ἔχειν, διὰ τοῦτο ἐπαινῶ σε. ἴσως μὲν γὰρ ἐκεῖνοι διὰ τὸ εἶδος θαυμάζουσιν· ἐμὲ δὲ ἀρέσκεις διὰ τὸ ὄνομα. καί σε οὕτως ὡς καὶ τῷ γλυκεῖ τῷ πατρῴῳ ἐπαινῶ. ἡ γὰρ θαυμαστὴ σοῦ τοῦτο καλέσαντος τὰς ἀθηνούσας· ἵνα μὴ μόνοι σε θαυμαίνωσι οἱ γε τῇ πόλει, ἀλλὰ γε καὶ ἀγροῖκος λεώς. τῆς Οπώρας οὖν καταγελάσας, τί ἀδικεῖ; ἐπεὶ τἄλλα καὶ ἐφολκὸν ἂν ἔρωτα τὸ ὄνομα, εἰ μὴ τοῦτο αὐτῇ γε ὠργίαζον τοῦτο. ἀπέσταλκε δέ σοι δῆλον μοῦσα, καὶ βότρυς, καὶ τρύγα ἀπὸ ληνοῦ. ἥρως δὲ ἀπέμψω καὶ ῥάδια, τὰ ἐκ τῶν λαμώνων ὀπώρας.

Οπώρα Δερκύλλῳ.

Σὺ μὲν ὅτε ἀπευδάζεις εἰς τὸ ὄνομα τὸ ἐμόν, ὅτε παίζεις, οἶδα· ἀλλ' οὐ τοῦτο ἐγώ σοι. ἐγὼ δὲ οἷς πέμπεις οὐκ ἀξιῶ πρός με ὡραΐζεσθαι. καλὰ γάρ σου τὰ δῶρα ἀκρόδρυα δύσιν εὐόλσιν. καὶ ὕβρεως οἶνος δεῖ νεότητα. τοῖσι δ' αὖ ἡ Φρυγία αὐτόν. ἐγὼ δὲ Λέσβιον πίνω καὶ Θάσιον, καὶ ἀργυρίου δέομαι. ὀπώραν δὲ ὀπώρᾳ ἀντιτελλειν, αὐτόχρημα πῦρ τῷ πυρὶ φέρειν ἐστί. λέκανον δέ σε οὐχ ἥσσον οἶδα καὶ ταύτην πορίσασθαι καὶ αὐτὴ νοῶ. τοῦ γε χρηματίζεσθαι ἕνεκα τῶν βουλομένων μοι πωτᾶσθαι ὁ ὄνομα αἴτιον. ψευδὴς γάρ με ὅτι καὶ ὁ κάλλος τῶν σωμάτων ὀπώρᾳ ἔοικεν. ἕως οὖν ἀκμάζει, καὶ τοῦ ἐπιόντος αὐτοῦ χάριν προσποιοῦμαι δύειν αὐτὰ πωλαμβάνειν. ἐὰν δὲ ἀπορρεύσῃ, τί ἂν ἄλλο εἴη ἢ ἡμίτριβον, ἢ δισσὸν ἧπαρ ὦμα καὶ φύλλων γυμνόν; καί τοι γε ἐκείνοις μὲν ἡ φύσις δίδωσιν ἀναθῆλαι· ἑταίρας δὲ ὀπώρα μία. δεῖ τοίνυν σφᾶς ἐνθένδε ταμιεύεσθαι πρὸς τὸ γῆρας.

Χρέμης Παρμένωνι.

Οὐκ ἔμαθον ὅτι μοι συμβουλεύεις καλὰς, παύσειν με ἀπαλλοτρίας ποιεῖσθαι ἑταίρας. λαβεῖν γὰρ ἐκείνας, καὶ προσποιοῦνται φιλεῖν. καὶ ἀπέλουσι συμπλοκῶς, καὶ τὸ πάντων μοι βαρύτατον, πρὶν ἐπιπλεῖν λοῦσαι καὶ χρῆσθαι διαφορᾶς, οὐ βούλονται συγκαθευδῆσαι· ἀλλὰ ἀπαίζουσι καὶ βρύπουσιν ἑαυτάς· εἶτα μυσιλῶνται πάλιν. καὶ λάθρᾳ μὲν ἀλοῦσι πάντα καὶ καταπίνουσιν ὑπὲρ οὗ ἐργασῆρας οὐ γὰρ ἄγρῳ:

NOn quòd te formosam ais esse, nec quòd multos amatores te habere iactas, eò te laudo. illis enim forsan ob speciem admirationi es: mihi uerò nominis ergò places. teq; nó alia ratione quàm solum patrium collaudo. Adeoq; miror hominis, qui te ita appellauit, solertiã, quò scilicet te nõ soli urbis habitatores, sed & rustica turba deperiat. Oporã igitur deridendo, quid pecco? alias nanq; illud ipsum nomen amoris est illex, maximè uiro ruri agẽti. Misi itaq; tibi autumni cognominis ruricolæ ficus, & uuas, & mustum è torculari. Vere autem & rosas mittam, è pratis decerpam Oporam.

† Ludit in nominis æquiuocatione. opora propriè est, & idem autumnum significat.

Opora Dercyllo.

TV quidem serió ne an ioco nomẽ meum usurpes, ipse nosti. quæ autẽ mittis ad me mũnera, non est quod superbè ostentes. pulchra enim tua istęc dona, egregij fructus arborũ diobolares sunt. & uinũ propterea quòd nouũ contumeliæ & petulantię causa. Bibat id per me Phrygia. ego uerò Lesbiũ bibo & Thasiũ, & argento opus habeo. Cęterũ Oporã pomis missis demereri, unũ idemq;, nempe ignẽ igni aggerere est. Id aũt tibi facilè dari nouisse, eadẽ qua ego ratione rem consideranti. Quo emẽ pecunias extorqueã ex his qui expetũt consuetudinẽ habere uel nomen ipsum monet. Suggerit enim mihi & corporis decor instar Oporæ, i. autumni habet. dũ ergo floret, fas est etiã pro eo mutuã gratiã recipere. ubi uerò defluxerit, quid aliud fuerit nostrũ corpus, quã arbor simul & fructibus & frondib. nuda ta? atqui illis quidẽ natura datũ est, ut reflorescant: at meretricis unica est uindemia. hinc igitur est depromendum senectuti uiaticum.

Chremes Parmenoni.

VIx tandẽ cognoui q̃ mihi bonũ dederis consiliũ, dum me instituebas ut effugerẽ scorta. nã prędæ inhiant, & simulant amorẽ, & excludunt frequenter: quodq; est omniũ grauissimum, nisi repletæ & saturæ nolũt cõdormire, sed † accissant, & illudũt seipsas. Dein rursum ex caduato pane sorbẽt. ac clàm quidẽ cõminuunt omnia & deglutiũt audiès q̃ operæ

† id est, ficte recusant quod accipere cupiant. prouerb.

rus colentes: præsentibus aũt nobis delicatulę sunt, & comunt. Ego aũt expeditè ago omnia, & accelero ut potiar crurib. diuaricatis, & mox me iterũ ad capras cõfero. Cæterũ debui pessimè perdendam Thebaida ad me fistula allectã, medio sublimé elatã in lectũ abijcere, † ac seriæ rei incũbere. Pereat autẽ iste miles qui mihi impedimento fuit. * Thrasyleon credo illi nomen erat, aut aliud consimile cui fera contexta erat.

† uerecundius innuit coitũ.

*id est, audacia leonina.

Phileriphus Simylo.

AVdiui porcum tibi esse libidinosum. cur ergo nõ ipsum ui prẽhensum uerrem feciſti, sicuti nos solemus hircos castrare. id enim etiam animalia illa quieta reddit, & admodũ modesta. Ego aũt sum huiusmodi rerũ peritus. reddo enim ipsos mox integros ualidosq́, & sale uulnº replens, piceq́ inungens. tũ deinde salubrior erit Crotone & cucurbita: & desinet amare, & tuas atterere facultates. Sed testiculatum lasciuum quis sanæ mentis nutriat?

Prouerb. Crotone salubriº.

Lamprias Tryphæ.

BOnas ad insequendũ adolescentes alunt canes. at perniciorẽ leporem magis ue tenuẽ ac macilentũ nunquã uidi. mirum mihi fit quo pacto eũ ceperint. ubi enim excoriatus est, & pelle exutus, tũ demum apparuit, imò uerò, erraui enim, tum multo magis erat † obscurus. At tu mea Trypha tandem desine * lasciue mihi arridere. Si enim ô misera pater te uiderit, omninò infortuniũ feres. Ego certè ipsum licet præsentem metuo, at tu, nescio quî fiat, ludis, & ipsum nihili pendis.

† fuix præ macie cõspici potuit.

*Vide proue. coturnissare.

Trypha Lampriæ.

AFfigam ô Lampria istius leporis pelem, ut tibi hoc uenatiõis sit monumentum, ut solent isti insignes uenatores facere. Itidem tua quoq́ illa fœlix uenatio erit scripto testata omnibus. Vtrum ipsemet cepisti, aut dono accepisti? Qui uerò tibi uisus est ob paruitatem? sagaces reuera fuêre canes, non enim licebat ipsum uidere, sed olfecerunt eum. Tu autem ex quo uenari cepisti, protinus factus es † Hippolytus. Caue sis Venerẽ, ne & in te ob contemptũ excandescat.

† id est, pudicus & mulierum osor.

Callipides

ἀγρῶ: πρόντων δὲ ἡμῶν ὡραίζοντα. ἐγὼ δὲ ἐν τούτῳ χαίρω ποιῶ ταῦτα, καὶ σπεύδω καὶ παλαβὼν ὃν δύο τὰ σκέλη ἄρας, ἐπισρέφων τὰς αἶγας πάλιν. ἐμέλλησε δ' αὖ τὴν κάκισε ἀρλουμβίνα θηβαΐδα, ἀλουμβίνα πρός με, ἀράμενος μέσην, εἶτα ῥίψας ἐς τὸ λιλινίδιον, ἔχεσθαι τοῦ σπουδῆς. ἀπόλοιτο δὲ ὁ σρατιώτης ὁ διαχωλύσας με: θρασυλέων οἶμαι ἦν ὄνομα αὐτῷ, ἢ ἄλλό τι τοιοῦτον συμπεπλεγμένον θηρίῳ.

Φιλήριφος Σιμύλῳ.

ΠΕπυσμαί σοι πρὸ μικροῦ ὗν ἔχειν λάγνον. τί οὖν αὐτὸν οὐ βίᾳ συλλαβὼν τομίαν εἰργάσω, ὥσπερ εἰώθαμεν οἱ τράγους ἡμεῖς. δοκεῖ γάρ τοι καὶ τὰ ζῶα ἀναπαύεσθαι ἡσυχίαν τινὰ ἔχειν, καὶ σωφρονεῖν μᾶλλον. ἐμὶ δὲ ἐγὼ πρὸς ταῦτα ὀλίγου δεῖν. ἀποφαίνω γάρ σοι παραχρῆμα ὁλοκλήρους, σάξας ἀλῶν, καὶ ἐπαλάψας πίτταν: εἶτα ὑγιεινότερόν ἐσαι λιρότωνος οὐδὲν καὶ κολοκύντης: καὶ ἐρᾶν παύσεται, καὶ ὑπὲρ τρίβων σοι τὴν οὐσίαν. φόρχιν δὲ ἀκόλαστον ὑγιαίνων τις ἔθρεψε τίς ἄν;

Λαμπρίας Τρυφῇ.

ΑΓαθὰς διώκειν οἱ νεανίσκοι πρέπουσιν ὠμούς. δρομικώτερον δὲ λαγώ, οὐδὲ ἀσαρκώτερον, οὐδέποτε εἶδον ἐγὼ μᾶλλον. θαῦμα γάρ ὅπως καὶ κατέλαβον αὐτόν. ἐπεὶ γὰρ ἐδιάρκη, καὶ τὸ δέρμα ἀπεδύσατο, φανερὸς τοῖς πᾶσιν ἐγένετο: μᾶλλον δέ, οὐ γὰρ ὀρθῶς λέγω, ἀφανὴς ὅδε νῦν ἐπὶ πλέον. Σὺ δὲ ὦ Τρυφὴ λιχλίζουσα πᾶσι πρός με. ἐὰν γάρ σε ὦ κακόδαιμον ὁ πατὴρ ἴδῃ, λήψῃ τι παύτως κακόν. ἐγὼ δὲ αὐτὸν ὑποδέδοικα καί πι † πρόντα ὄντα: σὺ δὲ οὐκ οἶδα ὅπως διατέθρυψαι, καὶ καταφρονεῖς αὐτοῦ.

† fortè οὐ πρόντα

Τρυφὴ Λαμπρίᾳ.

ΠΡοσπαλδύσομαι ὦ Λαμπρία τοῦ λαγὼ τοῦ δορᾶ, ἵνα σοι τὴν λυπηρὰν ἄγαλμα ἦ τοῦτο, ἐπεὶ σὺ μεγάλους ἐκείνους δέρους θηρεύτας. ἔσαι δὴ καὶ τὸ σὸν εὔθηρον αὐάγραπτον. πότερον δέ αὐτὸς ἔρηκας, ἢ δῶρον ἔλαβες; πῶς δὲ καὶ ἄφθη τοῦ ἀρχοῦ δι' σμικρότητα; εὔρινοι ἆρα ὄντως ἦσαν οἱ κύνες: οὐ γὰρ ὧν αὐτὸν ἰδεῖν, ἀλλ' ἤσθοντο αὐτοῦ. σὺ δὲ ἐξ οὗ θηρᾶν ἤρξω, γέγονας ἡμῖν αὐτόχρημα Ἱππόλυτος: ὅρα δὴ τοῦ Ἀφροδίτου μὴ καὶ σοὶ δι' τὴν ὑπερφίαν μηνίσῃ.

Καλλιπίδης

Καλλιπίδης Κνήμωνι.

Ἀγροίκου βίου ταῦτ' ἄλλα ὄντι καλὰ, καὶ δὴ καὶ τὸ ἥμερον τοῦ τρόπου. ἡ γὰρ ἡσυχία καὶ τὸ ἄγειν σχολὴν τοῖς γῆς καλῶν πρᾴοτητα ἐργάζεται. σὺ δ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἀγροῖκος εἶ, καὶ γάτοσιν οὐκ ἀγαθὸς πάροικος. βάλλεις δ' ἡμᾶς τοῖς βώλοις καὶ ταῖς ἀχάσι, καὶ μέγας λέκραγας ἰδὼν ἄνθρωπον ὡς διώκων λύκον, καὶ ἀγαλλόμενος. ὅρα δὴ τὸ λεγόμενον, ἀλμυρὸν γειτόνημα. ἐγὼ δὲ εἰ μὴ πατρῷον ἀγρὸν ἐγεώργουν, ἄσμενος ἂν αὐτὸν ἀπεδόμην, φυγεῖν φοβερὸν γείτονα. ΑΛΛ' ὦ βέλτιστε Κνήμων τὸ σκαιὸν τοῦ τρόπου κατάλυσον: μηδέ σε ὁ θυμὸς εἰς λήθην πρόαγέτω, μὴ καὶ μανεὶς σεαυτὸν λάθῃς. ταῦτά σοι φίλα παρὰ φίλου παραγγέλματα ἔσω ἴαμα τοῦ τρόπου.

Κνήμων Καλλιπίδῃ.

Ἔδει μὲν μηδὲν ἀπεκρίνασθαι: ἐπεὶ δὲ ἓν περίεργον, καὶ βιάζει με ἄκοντα σοὶ προσδιαλέγεσθαι, ὅρα γοῦν λυσιτελὲς ἄγκας τὸ δι' ἀγγέλων σοι λαλεῖν, ἀλλὰ μὴ πρὸς σεαυτόν σε. ἔσω σοι τοίνυν ἡ ἀπὸ Σκυθῶν λεγομένη ἀπόκρισις αὕτη. ἐγὼ μαίνομαι καὶ *φωνῶ καὶ μισῶ τὸ πᾶν ἀνθρώπων γένος. φεῦγέ τοι βάλλω σὺν εἰσφοιτῶντας εἰς τὸ χωρίον καὶ βώλοις καὶ λίθοις. Μακάριον δὲ ἡγοῦμαι τὸν Περσέα κατὰ δύο τρόπους ἐκεῖνον, ὅτι τε πᾶσιν ἴσον, καὶ οὐδενὶ σωλοῦτα: ἐπεραύνω τε ἴσως τοῦ προσαγορεύειν τινὰ, καὶ ἀσπάζεσθαι. Σκληρὸν δὲ αὐτὸν ἐκ τοῦ λιτήματος ἐκείνου δῦ μάλα, ᾧ ὅσους συναντῶντας ἐποίει λίθους: οὔποτ' ἂν εἴ μοι τὶς δυμοιρίαν κατατυχεῖν ἐγένετο, οὐδὲν ἂν ἴσως ἀφθονώτερον λιθίνων ἀνδριάντων: καὶ σὲ δ' ἂν εἰργασάμην ὅρα πρῶτον. τί γὰρ μαθὼν ῥυθμίζεις με, καὶ πρᾶον ἀνθρώπινα γλίχῃ, οὕτως ἐχθρὰ πᾶσι νοοῦντα; φεῦγέ τοι καὶ τοῦ χωρίου τὸ πρὸς τῶν ὁδῶν ἄργον ἔασα, νῦν τό μοι τῆς χειρὸς δύσκαρπον. σὺ δὲ ἵνα σεαυτὸν τῶν ἀναγκαίων ἀνάφανεῖς, καὶ ἀπειλεῖς με φίλον ἔχειν, μηδὲ ἐμαυτοῦ φίλον ὄντα. τί γὰρ καὶ μαθὼν εἰμὶ ἄνθρωπος;

Καλλιπίδης Κνήμωνι.

Σὺ μὲν τῶν ἀνθρώπων διαφέρεις οὐδέν, οὕτως ἄγριος ὢν, καὶ πονηρὸς τὸν τρόπον. δεῖ δέ σε ὅμως καὶ μὴ βουλόμενον †ἡμέραν ἡμῖν γενέσθαι, αἰδοῖ τοῦ τὰ

Callipides Cnemoni.

CVm alia sunt uitæ rusticæ commoda plura, tum mansuetudo ingenij morumq;. Ociũ enim illud ruriscq; colendi studium, gignit placidam lenitatem. Tu uerò nescio quo pacto agrestis es, & uicinis non bonus accola: petis quippe nos glebis, & pyris syluestribus, & ualde exclamas homine cõspecto, ac si insequaris lupum, ac molestus es, iuxtaq; prouerbiũ, salsuginosa uicinia. Ego uerò nisi paternum agrũ colerem, lubens ipsum, cau sa uicini horribilis effugiẽdi, uenderem. Quare ô optime Cnemon sinistros peruersosq; mores depone: nec ira te ad obliuionem horũ auocet, ne etiam imprudẽs in insaniã abripiaris. hęc amici amica prȩcepta, tibi sint & remediũ morũ.

Cnemon Callipidi.

NIhil erat opus responso. Tamen cũ sis curiosus, meq; inuitũ cogas miscere colloquia tibi, hoc sanè in lucro putabo q; per nuncios, nec coràm, datur loqui. Itaq; Scytharũ, sicuti uocant, responsum hoc tibi sit, Ego insanio & sapio, & odi mortaliũ genus. Hinc quotquot prædiũ accedũt & glebis & lapidibus abigo. Beatum aũt duco Perseũ illum duplici nomine, cum quod alatus fuit, nec ulli hominũ incidebat, sublimiorq; quàm ut quẽquam compellaret aut salutaret: Tum uerò ipsum felicem iudico singulari isto bono insignem, quo obuios quosq; in saxa uertebat. Cuius si mihi ulla facultas obtigisset, nullius rei foret maior copia quàm lapidearũ statuarũ. teq; adeò omniũ primum mutassem in saxũ. Nimis enim imperitus es qui meos cõponere mores, & mansuetũ reddere studeas, adeò ex ęquo omnibus infestũ. Eaq; gratia eam partem agri, quæ uiã spectat, reliqui uacuã incultamq;, eoq; ista pars ruris frugũ non est ferax. at tu te unum ex necessarijs meis facies, meq; cõtendis habere amicũ, qui nec mihi ipsi amicus sum. Qua enim me arte hominem esse probem?

Vide prouer. Scytharum oratio, id est, quæ nihil humanitatis habeat.

*lego φερωνῶ

Callipides Cnemoni.

TV quidẽ nihilo differs à nefandis detestãdisq;, qui adeò sis sęuus & prauis morib. Oportet autẽ te uel nolentẽ nobis te hoc *die præbere, tribuentem hanc

†lego ἥμερον

*uel comem & facilem

r uerétiam uiciniæ,& deorũ Terminaliũ honori,qui qdẽ utriq; ſunt cómunes.Sacra quippe facio Pani,&Phylaſiorũ inprimis amicos & neceſſarios mihi ad ſolennitatẽ uictimarũ inuito.In quîs te quoq; non abeſſe peruelim.ibi tu cibo refectus, & libaminũ conſors factus,nobis aliquãto mitior eris. Solet enim Bacchoira quidem marceſcere,& ſedari ſopiriq;,lętitia aũt excitari.Erit quoq; tibi idem deus Pęon,teq;liberabit immodica illa bile,uino reſtinguẽs furoris æſtũ ardoremq;. Quin & tibicinam ubi audieris forſan ô Cnemon cantu erumpens,& in melos prolapſus,habebis quo animũdemulceas tuũ. Nihil obſtabit uerò quo minus & uino grauatus maſchalã tollas.ſicubi uerò nactus fueris puellã, ancillã reuocantẽ, aut nutricem relictã inuenire ſatagentem, ocyus audax quoddã & iuuenile deſignabis facinus. Non abſurdũ fuerit etiã tale quid cómitti in Panis ſacris,cũ & ipſe fuerit pronus in amores,& procliuis ad uim inferendam uirginibus. exporrige uerò frontem, & uultũ iſtum toruum & nubilum ſerenato. amici hæc eſt admonitio, ſuadentis quod è re tua ſit.

Vide prouer. Maſcalã tollere, auidius bibentes, dicunt. hinc uidetur dici de tripudio ſeu cho rea mulgente.

Cnemon Callipidi.

VT in te conuicia euomã, hæc per literas tibi reſpondeo,iramq; ut in te effundam. maximè aũt optarim te præſentem, ut manibus proprijs te perimerem. Quid enim me corrumpere anniteris,quidue me perdere acceleras,ad epulum & conuiuiũ inuitatum? Primo nanque multos uidere,multisq;cóuerſari,ue hemẽter abhorreo. Fugio aũt publicum ſacrificium,perinde ut timidi hoſtes. Suſpectum præterea mihi eſt uinũ, ut quod potens ſit ad inſidias ſtruendum,uiq; oppugnandum mentem.Deos uerò cum alios tum Pana ſaluto & appello ſolo acceſſu, nihil uerò immolo, nolo enim eos interturbare. Tu uerò, ô ridiculũ caput, mihi& tibicinas & cantus adhibebis? Ob hęc nóne dignus eſſes,ut te nouo exẽplo tractarẽ? Vſq; adeóne tibi pulchra uidentur illa? ſaltare,& rẽ habere cũ puella audaciſsimè? Tu quidẽ,ut uidẽt, uel in ignẽ ſaltares,uel in gladios pręceps rueres. Mihi uerò nec ſacris operãs, ſis amicus, nec aliàs unquã.

Dercyllus

τε γαστνιάσεως, καὶ θεῶν ὁρίων τιμῆ, οἵπερ ὡμῖν εἰσι κοινοί. θύω τοίνυν ὦ Πᾶνι, καὶ Φυλασίων οὓς μάλιστα ὧν τυγχάνους εἰς τὴν ἱερουργίαν παρακαλῶ: φὴ δὴ τούτοις καὶ σε ἀφικέσθαι βουλοίμην ἄν. σὺ δὲ καὶ ἐμπιὼν, καὶ οἰνωνηθεὶς ἀπονήσῃ ἴσως τι καὶ πρόσφορον. ὁ γάρ τοι Διόνυσος φιλᾷ τὰς μὲν ὀργὰς μαραίνειν τε καὶ καταψιμίζειν: τὰς δὲ εὐφροσύνας ἐγείρειν. ἔσται δέ σοι ὁ αὐτὸς οὗτος θεὸς καὶ Παιὼν, καὶ ἀκλύσει σε τῆς ἀκράτου χολῆς, οἶνῳ σβέσας τὸ τῆς θυμοῦ ὑπέκκαυμα. καὶ αὐλητρίδος δὲ ἀκούσας ἴσως ὦ Κνήμων καὶ εἰς ᾠδὴν ἐμπεσῇ, καὶ εἰς μέλος ὑπολιθῇ, ἔξεις τι καὶ γαλήνιον φὴ τῇ ψυχῇ. οὐ χαίρων δ' ἂν ἄκ καὶ οἰνωμένον σε καὶ μαχόμενον ἄρα. ἀ δέ που καὶ μεθύων ἥρπασε πόθεν παῖσιοις ἄβραν αὐλοῦσαν, ἢ τὴν τίτθην ὑπολφθεῖσαν εὐρᾶν παρωμαίν, τάχα που τινὶ θερμὸν δράσας καὶ νεανικὸν ἔργον. οὐδὲν ἀπεικὸς ἂν καὶ τοιοῦτό τι πραχθῆναι, φὴ τῇ τοῦ Πανὸς θυσίᾳ, καὶ γάρ τοι λάλων ἐρωτικὸς οὖ μάλα, καὶ οἱ ὑπανίσασθαι παρθένοις. λῦσον δὲ καὶ τὸν ὀφρῦν, καὶ τὸ σκυθρωπὸν τοῦτο καὶ σώνιφθι χάλασον εὐθυμίᾳ. φίλου ταῦτα παίνεσις νοεῖτο εἰς ἀγαθόν.

Κνήμων Καλλιπίδῃ.

ΙΝα σοι καὶ λοιδορήσωμαι, ταῦτ' αὐτεπιστέλλω, καὶ ἀφῶ πρὸς ὀργῆς εἰς σέ. μάλιστα γὰρ ἐλεόμην παρόντα, ἵνα σου καὶ αὐτόχειρ γένωμαι. τί γάρ με διαφθεῖραι γλίχῃ, τί δὲ σπεύδεις ἀπολέσαι με, εἰς ἑσίασιν καὶ θοίνην παρακαλῶν; πρῶτον μὲν γὰρ πολλοὺς ὁρᾷν, καὶ συνεῖναι πολλοῖς δεινῶς πέφρικα. φεύγω δὲ κοινὴν θυσίαν, ὡς οἱ δηλοὶ οἱ πολεμίους. ὑφορῶμαι δὲ καὶ τὸν οἶνον, ὡς ἐπιβουλεῦσαι καὶ ἐπὶ θέσθαι γνώμην δεινῶς καρτερόν. οὓς δὲ θεοὺς, τούς τε ἄλλους καὶ τὸν Πᾶνα ἀποτάζομαί τε καὶ προσαγορεύω παριὼν μόνον. θύω δὲ οὐδέν. οὐδὲ γὰρ ἐπιθυμῶ ἐθέλω. σὺ δέ μοι καὶ αὐλητρίδας προσίεις καὶ ᾠδὰς ὧν καταγέλασε; ἐπὶ μὲν δὴ τούτοις ἐπαινῶ σου; καλὰ δέ σου λέγεται, ὀρχήσασθαι καὶ ὁμιλῆσαι τῶν θερμοτάτας; σὺ μὲν μοι δοκεῖς λέων εἰς θῦρ ἁλίσκεσθαι, λέων εἰς μαχαίρας ἐπιβήσεσθαι. ἐμοὶ δὲ μήτε θύων εἶης φίλος, μήτε ἄλλως.

Δίρκυλλος

Δίρκυλλος Αἰσχίᾳ.

Οὐκ ἐγὼ ἔλεγον ὅτι πλοῦτον ὁρῶντα ὀξὺ καὶ τὸ τυφλὸν ἀνεῦρον, καὶ καταγελᾷς μου καὶ τῆς γῆς καὶ τῆς τύχης; ἐπεὶ τῶν χρυσῶν καὶ ὧν μέλλομεν τίθεσθαι. σὺ γὰρ ἀποδέξῃ τῶν εὐδαιμόνων ἐκείνων ὡς ὤν, οὓς ὁ Κρόνος φασὶν ἐκ τῆς γῆς αὐτόματα ἔχειν πάντα, καὶ κοινωνίαν γὰρ αὐτοῖς ἄφθονον πολιτεύεσθαι καὶ ἀφελεῖαν βροτοῖς, καὶ ἕνα οἶκον οἱ κεῖνοι τὸν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τόπον πάντα. πλουτοῦσα γάρ σοι τίς ὅτῳ φιλόμωμος, ἢ κακὸς ὡς ἄχθεσθαι καὶ ζηλοτυπῶς νοεῖν; μὴ πω τοσαύτης κακίας ἀναπεπλησθὰς γεωργῶν ἔθη, ζηλοτυπεῖν τε ὡς πλοῦτον, καὶ ὑπὲρ χρημάτων φρονεῖν: ὡς ἀγρίας βαπέντα τοῦτα, καὶ ὡς οὐ γὰρ δικαστηρίοις ῥήτορας.

Δήμυλος Βλεψίᾳ.

Γεωργίαν καὶ γεωργεῖν ἀρτίπαλαι ὁ γέρων Λάχης, ἐπεὶ ἔγνω καὶ πλεῖ τὰ λιγαῖον φασὶ καὶ ἄλλα πελάγη μιξοβαρβάρων, τὴν ὑδρυματίζεσθαι, καὶ λάρου βίον ζῆν, καὶ αὐτὸς μάχεσθαι διαφόροις: ἄκρατα αὖ τὰ ἄκρας διαλαμβάνειν, καὶ πολυβλύστων ἀφορᾶν λιμένων, καὶ πολυνεῶν πλοῦτον ἀθρόον, μακρὰ εἶπε χαίρειν αἰγιαλοῖς ἐκείνοις καὶ νομοθετικῷ προτέρῳ βίῳ: γλίχεσθαι τε καὶ λαθ' ὁλίγον ἐκ τῶν ἀγρῶν ἀρπάζειν οὐ δυνάμενον, ὁδὲ ἀρκούμενος οἷς πάρεστιν, λιγυπίους καὶ σύρους φαντάζεσθαι, καὶ πολυβλέπτους λόγους. καὶ πολύς ἐστιν ἐν Διὸς τόκοις τοῖς τόκοις λογιζόμενον, καὶ χρήματα τοῖς χρήμασιν ἀριθμεῖν. καὶ διαφλέγεσθαι τῷ διανοίᾳ αὐτῷ, καὶ ἐκπαίειν λιμένα ἀμφοτερόπλουν. χειμῶνας ἢ ἐκ γνοεῖ, οὐδὲ γναντία πνεύματα, οὐδὲ θαλάσσης τὸ ἀσάθμητον, οὐδὲ τὸν ἀρῶν τὰς ἀκαιρίας. ἡμῖν ἢ εἰ καὶ μικρὰ λιπαλαίνομεν μεγάλα ποιοῦντα, ἀλλὰ πολὺ ἡ γῆ τε θαλάττης ἐδαφαιότερον, καὶ αὖθι πιστοτέρα, βεβαιοτέρας ἔχειν τὰς παρ' ἑαυτῆ ἐλπίδας.

Μορμίας Χρέμητι.

Ἐγὼ μὲν ἔθυον γάμους ὁ χρυσοῦς μάτην, καὶ πομπεύων ἐστεφανωμένος, οὐδὲν δέον: καὶ τὸν τε φίλον καὶ οὓς ἔχω θεοὺς ἑορτάζων. ὁ δὲ πᾶς λατύγαγε μὲν καὶ αὐτὸς τὸ ζεῦγος ἐκ τῶν ἀγρῶν, ὡς τὴν νύμφην δὴ ἄξων ἐς τὸ πατρῷον χωρίον ἐπανάξων. Αὐλητρίδα δὲ λυσάμενος, ἣν ἔτυχεν ἐρῶν, νύμφης σολὴν αὐτῇ προβαλὼν, ἐπανήγαγέ μοι φάτταν αὐτὶ περιστερᾶς φασὶν, ἐταίραν

Dercyllus Aeschęæ.

NOnne dixi, te quòd acutum cernentem Plutũ, nec cæcũ inueneris, iam ludibrio me habere & obrus, & ob fortunam? Si quidẽ & curã proborũ frugiq; hominũ gerit. Tu itaq; declarasti te unũ esse è numero beatorũ illorum, quos Saturno regnante aiunt omnia sponte è terra prognata habuisse, & rempub. inuidia immunẽ administrasse, & simplicitatem ingenij morũq; tenuisse, & tanq; unã domum quà cœlũ patet incoluisse. Te igit̃ diuitias adepto quis adeò esset obtrectã di morbo obnoxius ut doleret, & inuidia & ęmulatione tangeret? Absit procul ut hoc uitio animi agricolarũ scateãt, ut zelo quodã diuitiarũ agitentur, & depecunijs parandis sint solicitiin capras feras istæc facessant, & rabulas forenses.

Demylus Blepsiæ.

AGriculturã & opus rusticũ cum post habuisset Laches, cõscendit nauim. ac nauigat Aegæũ aiunt, aliaq; maria metitur, ac fluctib. obruit̃, prorsusq; Lari uitam agit, uẽtisq; luctat̃ uarijs, & promontoria crebra unum post aliud excipiũt, ac oculos defigens lucro ingenti, animoq; uoluens diuitias accumulatas, longũ ualere iussit capellas istas, uitãq; priorẽ pastoralẽ. parceq; ac tenuiter ex agris uictitare cũ nequiret, nec esset præsenti sorte cõtentus, iam Aegyptios & Syros imagināt̃, & admirat̃ specimẽ illud. & totus in hoc est ut usuras in dies accrescentes supputet, & pecunias alias atq; alias numeret. uritq; eius animũ & accendit lucrum nauticũ ex cõmeatu & remeatu. Nunquã uerò subeũt animo tempestates, & uenti aduersi, nec maris subiti motus, nec statis temporib. ingruẽs importunitas difficultasq;. At nobis etsi exmagno labore parũ lucri accedit, at terra mari multò & solidior & fidelior est, spesq; præbet ex se certiores. Mormias Chremeti.

Vide Chil. Eras. Larus hians. Larus. Larus parturit.

EQuidem nuptiarũ gratia rem diuinã faciebam aureus abs re, ac obambulabam serto redimitus nequicquam: nec nõ domesticos exterosq; deos blanditijs delinibã. Filius uerò, adduxit quidem & ipse bigas ex agris, ceu sponsam ex urbe in paternum prædium aduecturus. Cæterùm tibicinam, quam amabat, ubi rede misset, spõsæ ornatu amictam, ad me adduxit, palumbã (q aiunt) pro columba,

meretricem loco nouæ nuptæ. Ac primo quidem illa præ se ferens puellarem uerecundiam scitè, utq; assolent nuptum elocatæ, celabat artem. uix tandem erupit & ipsorum calliditas, & quibus mihi imposuerunt fraudes. Cæterùm non me usque despicatui habebunt tanquam lateritium. si quidem egregium illum sponsum hinc in malam rem relegabo, ni modum statuens immodicæ mollitiei, mecum & fodiat, & occet: Sponsam autem ipsam uendam exportandam, nisi etiam ipsa unà cum Phrygia & Threicia ancillis opus capessat.

Phædrias Sthenoni.

NAscuntur quidem ruri omnia bona. hisq; uestita est tellus, ijsdemq; omnes alit: ac fructus partim in annum durant, partim ætatem non ferentes sunt uesci maturi. Omnium autem horum dij sunt authores & architecti: tellus autem mater eademq; nutrix. Prouenit illic & iustitia, & temperantia fructus optimi, multóque utiliores arborum fructibus. Quare noli rusticos contemnere. est enim etiam in his aliqua sapientia, nó quidem illa lingua uariegata, neque compta uerborum facultate & ui, cæterùm tacita, probè admodum, perq; uitam adeò ipsam uirtutem professa. Quod si hæc à te ingeniosius tradita præceptaq; sunt quã agri suppeditent, mirum non est. Non enim sumus uel Libyes uel Lydi, sed Athenienses agricolæ.

ραν αὐτὶ νύμφης. ἡ μὲν πρῶτα αἰδουμένη κορικῶς δῦ μάλα, ὡς ἦν τὸν γαμικὸν νόμον ἐπαινοῦντες τὴν τέχνην. μόλις δὲ ἀπερράγη ἡ σοφία τε αὐτῆς, καὶ αἱ κατ' ἐμὸν μηχαναί. ὁ μὲν οὖν τὸ παντελὲς μὲ καταφρονήσειν ὡς ἀπείρου πλινθίνου. ἐπεὶ τὴν μὲν καλὸν νυμφίον δὲ κόρακας ἀφήκω, ἐὰν μὴ τὸ ἐπιβαλλόσης τρυφῆς παύσομαι, σὺν ἐμοὶ ταφρεύσει καὶ βωλοκοπῆσει. τὴν δὲ νύμφην ἀφελήσομαι διὰ κείνην ἐπ' ἀγαγωγῇ, ἐὰν μήτε καὶ αὐτὴ τὸ ἔργον, τῇ φρυγίᾳ τε καὶ τῇ θρᾴττῃ συναπολαμβάνῃ.

Φαιδρίας Σθενώνι.

ΦΥεται μὲν γὰρ τοῖς ἀγροῖς καλὰ πάντα, διηνέσμυται τε ἡ γῆ τούτοις, καὶ τρέφει πάντας. καὶ τὰ μὲν ὅσα τὸ μαρπὸν ἀθάνατα, τὰ δὲ οὐ πρὸς ὀλίγον αὐτέχοντα ὅσα τρωκτὰ ὡραῖα. πάντων δὲ τούτων θεοί μὲν ποιηταί, ἡ γῆ δὲ μήτηρ ἅμα καὶ τροφὸς αὕτη. φύεται δὲ καὶ δικαιοσύνη καὶ σωφροσύνη, καὶ ταῦτα γὰρ τοῖς ἀγροῖς ἀφθόνως τὰ κάλλιστα μαρπῶν τὰ χρησιμώτατα. μὴ τοίνυν γεωργῶν μου καταφρόνει. ἔστι γάρ τις καὶ ἐνταῦθα σοφία. γλῶτταν μὲν ἡ ποικιλμένη, οὐδὲ καλλωπιζομένη λόγων δυνάμει συγκαλῶ δῦ μάλα, καὶ δι' αὐτὸ τὸν βίου τὴν ἀρετὴν ὁμολογοῦσα. εἰ δὲ σοφώτερα ταῦτα ἐπείσαλταί σοι ἢ περὶ τὸν τῶν ἀγρῶν χορηγίαν, μὴ θαυμάσῃς. ὁ γὰρ ὄμμὲν ὅτε Λίβυσθ', ὅτε Λυδοί, ἀλλ' Ἀθηναῖοι γεωργοί.

ΤΩΝ ΑΙΛΙΑΝΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ ΤΕΛΟΣ.

AELIANI EPISTOLARVM FINIS.

AD LECTOREM.

PETRI Gillij epistolam nuncupatoriam in suos de animalibus ex Aeliano translatos libros, & ex alijs etiam authoribus locupletatos, ad Franciscum Gallorũ regem, quoniã ad historiæ animalium cõmendationem facit, hoc loco adiungere visum est.

GALLIARVM REGI

FRANCISCO, NON MODO NOMINE PRIMO FRANCORVM REGVM, SED HVmanitate, cæteriúque regijs virtutibus longè omnium gentium memoriæ nostræ principi,

Petrus Gillius S.

CVM ex sermone omnium præclarè intelligerem, magnanime Rex, te & præstanti animi ingenio, & singulari omnium magnarum rerum scientia tantopere excellere, ut non mediocres modò, sed & uaria, & multiplici ingenuarum artium doctrina instructi, tuum iudicium grauissimum subire uereantur: primo quidem me subpudebat bestiolarum exilitate tam eruditum principem audere appellare. Pòst autem cum omnem ferè animalium historiam penitus perspicerem, uel à regibus studiosè animaduersam, uel ab ijs qui hanc ipsam conscripsissent, ijsdem religiosè dicatam, & consecratam esse: (nam ut omittam alios nobilissimos reges, non optimos solùm, & diligentissimos pecuarios habitos, uerùm etiam curiosos in exquirendis animalium naturis fuisse: Iuba, Hieron, Attalus, Philometor, Archelaus reges de ui naturáque animalium diligenter perscripserunt,) tum sanè totam bestiarum tractationem regiæ religioni habendam arbitrabar. Ac nimirum metuebam me profanam facturum esse, nisi hanc historiæ confectionem quantumlibet nostro peradolescenti stilo inconditam, tuo quasi numini consecrarem: Verum quidem cum tanquam de integro iterum & sæpiùs te non ex imperij amplitudine, id quod plerique faciunt, sed ex animi tui uiribus expenderem: & diligentiùs considerarem acrem, & præsentem, & acutam, & limatam uel uerborum maiestate, uel sententiarum, ingenij tui perspicaciam, qua potes omnium ocioforum, qui singuli omnem ætatem separatim in aliquam artem consumpserunt, scientiam facile uincere: tum certè (etsi planè tuum nomen mihi semper sanctum fuit) non in hanc tantam, quam modò dixi, regiam religionem ueniissem, huiusce nostræ industriæ ut tenuitatem sub acumen ingenij tui limatissimum subijcere ausus essem, nisi partim Georgius Armeignacus, quem Rutenorum sacris præfecisti, dum omnem mentem in cogitatione obseruantiæ, qua summa te colit, uehementiùs defigit, quàm ullam meæ mediocritatis memoriam recordari potuerit, ad hoc facinus tacito quodam rogatu, quæ est hominis singularis modestia, me impulisset: Cum tamen uel iure, uel authoritate potuisset: siue quòd ad eius liberalitatem studia nostra adniterentur, siue quia eiusdem hortatu in asperitatibus saxetorum Rutenensium, néue animi languore, néue laboris inertia omninò lapidei efficeremur, hoc quantũ est cunq; operis conati essemus. Partim etiam, nisi alio nullo neq; labore, neq; periculo illius præclari facti fidem tibi facere possem, cuius te admonere iampridem cupio, quàm si quod tibi, si minus eruditũ specimen ederẽ, attamẽ non abhorrens ab eo conatu, quẽ

Historia animalium à regibus exculta.

Franciſci regis laudes.

Dedicationis occasio.

Ge. Armeignacus.

Hortatur regẽ ad illustrandã animantium historiam.

(quoniam hic est animi atq; ingenij tui, quoniam etiam in isto honor tuus amplissimus agitur) abs te solo exhauriendum existimo. Te profecto è regia dignitate non præstantius quicq̃ efficere posse, quàm si quibusdã neq; indoctis, neq; segnibus id dederis negotij, cũ ut totius naturalis historiæ nouã periclitationẽ, tum uel maximè bestiarum Galliæ aquatilium, terrenarum, uolatilium, nomina, mores, & figuras scriptis persequantur: neq; amplius tam ualde peregrina animalia ex nouo orbe deportata admiremur, ut nostrorũ uim contemnamus. Enimuero quot egregij pisces in littoribus tuis errãt, non in uulgus solũ ignoti, sed ne scriptorũ quidem ulla notatione animaduersi? Quot item aues, quorum nomina in summa omnium ignoratione uersantur, in conspectu nostro lapsus exercent? Quot etiam terrestres bestiæ, quarum spisse atq; uix domesticarũ nomina tenemus? Neq; iccirco ab ista laudis gloria retardari debes, maxime Rex, quòd Aristoteles, & Plinius, & post eos alij plerique Græci homines, quorum omnia ferè quæ extant, non à nobis modò conuersa, uerùm nostro etiam & iudicio, & ordine distincta, iam nunc tibi repræsentamus, forsitan tibi optime prædicabuntur omnem animalium naturam scriptis comprehendisse, à quibus sic longè uehementissimè dissentio, ut ab eis præclarè inchoatam multam animalium uim, non planè perfectã, audeam dicere. Cur enim tot, tantisq; religiosissimis autoribus de ui & natura animalium extinctis, non amplum locum hominibus minimè inertibus ad nouam commentationem relictum esse arbitremur? cum sexcentis apium scriptoribus nondum perditis, Aristarchum Solensem constet duodequadraginta annos nihil aliud egisse, quàm earum mores tum obseruasse, tum scriptis mandasse. Equidem si uel ingenium, uel fortuna uoluntati par esset, non in unius solùm apis explicanda ui ætatem conterem, neque solius Galliæ regionibus, sed solis quoque terrarum ultimis animalium studium circumscriberem. Ac si inter religionis hostes tutò uersari liceret, iam omnes Græcas gentes peragrassem, ut coràm, tanquam in rem præsentem ueniens, pisces recognoscerem: quorum nomina ab ijsdem Græcis, siue piscatoriam, siue nauicularíam, siue piraticam facientibus Venetijs, Ianuæ, & Massiliæ curiosè percunctatus essem. Atque immanem Africam, si fidum commercium ullum cum tam perfida Barbaria esse posset, pedibus & mari obijssem. At enim ut hæc magna & difficilia priuatus quispiam me longè præstantior audeat conari, certè conata potest efficere solus Rex excellens, cuiusmodi es, cuiusmodi Alexander fuit: qui cum animalium studeret naturas cognoscere, aliquot uenatorum, aucupum, piscatorum milia, itemq; omnium qui uiuaria, armenta, aluearia, piscinas, auiaria haberent, in omnibus Asiæ Græciæq; regionibus Aristoteli ad hanc de animalibus cõmentationẽ obedire iussit. Tu magnanime Rex, cum largitate, beneficentia, animi magnitudine, doctrinarum studio nulli priscorum regum inferior: dignitate uerò, & robore animi contra fortunæ tela etiam superior, ad omnia summa natus sis: quemadmodum Gallos non tantummodo Barbaria, quod leuius fuisset, infuscatos: sed longo sanè interuallo insciti tenebris, ut omnino deplorati uiderentur, excæcatos, ad mansuetiores literas restituisti: sic etiam debes feras bestias ad mansuetudinem, & quasi ad humanitatem quandam, hoc est, ad hominum cognitionem traducere. Cum non solo nomine, quod tibi, posteritatiq; tuæ felix & sempiternum sit, sed re & ueritate primus sis è regibus Galliæ, qui omnium artium humanarum liberales disciplinas dignas principibus, dignas regibus, toto pectore amplexus sis: uel quòd ipsas amares, uel ut alios ad easdẽ incitares, easq; omnibus nobilibus ab ingenuitate sua detestantibus abiectas, obscuras, è tenebris in lucem extulisti, & in honorem quendam adduxisti. Quas cæteri reges in tam ualde infimam humilitatem depresserant, ut nunquam humo se excitassent, nisi ualentem dexteram tuam porrexisses. Primus ex insciti grauiter laborantem nobilitatem,

De ueterũ in hoc argumento scriptis.

Aristarchus Solen.

Mira Gillij ad hanc naturæ partem promptitudo.

Regium esse hoc studium.

Alexand. Ma.

Rursus laudat regem, & ad promouendũ hoc studium hortatur.

nobilitatem,& peruersè abutentem otio,in recta atque honesta literarum studia non edictis,sed tuo exemplo reuocasti.Primus,& solus es ille uerus Hercules Gallicus,ad eloquentiæ effigiem à Gallis olim fictus, & præsignificatus, qui cum solo nutu possis,sermonis tamen humanitate, & dicendi ui mauis homines ducere, & plenissimè omnibus respondere,contra morem Barbarorum regum,qui solo imperioso silentio intelligi uolunt:quo nihil à regia dignitate alienius uidetur.Quid magis regium,quàm sermonis uis?sine qua reges nunquam satis instructi haberi debent. Enimuerò ut longa seruiendi consuetudine suos regere queant,sine hac certè ad externos frigent,& ridiculi uidentur.Hæc enim quos nullum neque ferrum,neque aurum liberare potest, expeditè exoluit: ut si fortuna(quæ in bellis maxima gerit imperia, & suo iure uictorias sibi attribuit:& quæcunq; in pugnis accidunt prospera, ea omnia ducit sua) euenisset, ut uel Alexander, uel Pompeius, uel Cæsar, uel alij plerique reges, quibus charior fuit laudis gloria, quàm possessiones suæ, te hac benè dicendi prudentia, cæterisq; regijs uirtutibus non minus, quàm regnandi amplitudine præstantem cepissent, non tantum extulissent iacentem, sed pristinam etiam dignitatem auxissent. Tumq; ex horum illustrium uirorum uel iudicio, uel reuerentia, aduersus istam tuam uim,non indotatam, neq; incomitatam cæteris omnibus magnis uirtutibus, fructum esses amplissimum consecutus tui summi & periculi & humanitatis: simul & periclitatus esses dicendi peritiam, omnium rerum reginá,non regibus solum potentissimis imperare,sed etiam acerbas uictorias uincere posse. Ac tum quidem honesti uis, cuius hæc ætas sensum nullum percipit radiato sole clariùs ad aspectum omnium uel cæcorum non minùs fulsisset,quàm in tantis insciticæ tenebris Galliæ ad omnem perpetuitatem lætissimus illuces,orbarũ quasi tutor literarum,quarum te perstudiosum esse, quãtas Galliæ cõmoditates afferat,nihil est necesse declarare:cum omnes ex ista imperij tui mansuetudine quotidie iucundissimè sentiamus,tum maximè insidiatores tui insigni ad moderationis tuæ gloriam periclitatione sua perceperunt.Horum enim insidijs sæpe attentatus,contrà quàm natura fieri soleat,te istis perniciem uitæ tuæ molientibus manifestò,& manu deprehensis, æquiorem quàm tibimetipsi præbuisti.Ad quam tantam sensus moderationem,etsi præstanti singularíq; naturæ bonitate excellis,ecquibus gradibus descendere potuisses,nisi optimis à pueritia disciplinis uiam ad humanitatem muniuisses? Ecquo modo, etiam si magnitudine excelsi animi sis incredibili, contra fortunæ acerbitatem tantopere obduruisses?ut nó modò animũ tuum periculi magnitudo nó fregerit,sed & confirmauerit,& renouauerit,nisi literarũ moderatione fatale malum consolatus esses,nisi sapientum præceptione, exemplorũ uetustate pectus non minùs quàm ualentissimam manum ad excipiendã tempestatẽ armasses ? Non igitur neq; fortunæ neq; hominum fidei, quæ nulla fuit,sed proprio tuo animi robori ad omnium magnarũ rerum cognitionem informato acceptum referre debemus,quòd te incolumem habeamus, quòd non rursus exuta humanitate de spe literarũ conatuq; depulsi,in pristinam barbariem reuoluti simus.Neq; enim,nisi te saluo,spes ulla ostendebatur sapientiæ, nedum sanitatis: neq; quorundam quasi feritatem ad literarũ mansuetudinem traduci posse: neq; unquã afflatus ullus,nisi planè uel diuinus,uel tuus,nobilitatem non iam labentem & inclinantem,sed perpetua seculorum infinitate in summam omnium literarum ignorationem demersam erexisset.Quæ antequã rex esses, nó aliud quicquam scientiùs imitari sciebat,quàm regum uel uestitum,uel literarum inscientiá,prę qua omnem rectam artium doctrinam ab insignibus suis aspernabatur: fractos & minutos mores curiosè sectabatur, antiquos præclarè contemnebat. Sed fuit tum quod huic forsitan ignosci posset,cum non quicquã esset tam valde nobile,tam planè regiũ,quàm nihil sapere.Nunc autẽ(ut natura comparatũ est,

Eloquentia regis.

Literarum amor,& ab eo excitatæ uirtutes.

Moderatio & mansuetudo.

Animi magnitudo.

Reliquæ laudes ex regis doctrina.

est, quicunq; mores in principibus elucent, eosdem in populo eminere. Quo exemplo adducti elaborant, non solùm bene ut equis, & armis, sed optimè ut literis utantur, & tuam uiuendi formã imitantes, eruditis collocutionibus mensarum fastidia condiant, aulæq; molestias temperent: Cuius languorẽ olim sexcenta ludorum genera minuere non poterant, nunc leues libelli leuant, & sæpe tollunt. Atq; etiam magistratus tam sacri, quàm profani, cómentitijs commentarijs reiectis, ex oscitatione & dormitatiõe nugatoriorũ uoluminũ experrecti, tanquã ex glandibus ad bonã frugem se recipiunt, ut nusquam unquã frequentius gymnasium & literarum studiosis, & eruditis, quàm aulam tuam uiderim. Quod quidem tuum præclarum facinus non omnibus modo triumphis longè antepono, sed etiam cum heroũ donis (ex quibus tamen à sapientissimis Græciæ, & Romanis Dij constituti sunt) exæquo, atq; adeò antefero. Quòd sanè eorum dona suis tantum largitoribus ascensum in cœlum compararunt: Tua autem non modò ad memoriæ æternitatem, & tuum nomen consecrabunt, & uirtutem tuam Christiana diuinitate afficient, uerùm etiam quotquot istis tuis donis utentur, diuini efficientur. Illorum item fragilia & caduca munera animos hominũ efferarunt, atq; in omnia scelera impulerũt, calamitates mortalibus auxerunt, clades magnas attulerũt: Tua contrà immortalia beneficia à uitijs animos uindicant, & corroborant, eorumq; corruptelã sanant, feritatẽ depellũt, libidinem arcent, humanam fragilitatẽ ab errore sustinent. Non ergo ad dei numẽ propius accedere, nõ diuinius de nomine ac dignitate Galliæ mereri possis, quàm literarum tuitione. Hac enim iudiciorũ ruinæ instaurabunt: perculsi, atq; prostrati omniũ statuũ mores erigentur. Nobiles exempla suorum studiorum ex similitudine tuorum capientes, in suã plebem eò magis mitigabuntur (quòd nulla gens sit tam immanis atq; barbara, quin literarũ mansuetudine mansuefiat) atq; ad laudis gloriam ardentiùs inflammabuntur: fideliùs pro te labores excipient: ac si sit necesse, uitam ponent. Ac ut omittã alias infinitas utilitates, quas ex ista tua in literas benignitate percipiemus, per te desinemus barbari & esse & haberi: ut si Cicero ab inferis excitatus, ad naturalem Gallorum facilitatem, simplicem, & syncerã perspiceret literarũ humanitatem accessisse, non ampliùs tam asperè hos immanes appellaret: neq; id quod aliquãdo fecit, infimũ ciuem Romanũ amplissimo cuiq; Galliæ anteferret. Sed nimirũ te ob perfectã bene dicendi commendationem, & summam in liberali motu dignitatem, non tantum Pompeio, quem immortaliter laudauit, uerũ Cæsari, quem omnis memorię clarissimũ lumen dixit, & egregia indole uirtutis ac cõtinentiæ Octauio, quem partum aureum nominauit, rectissimè compararet: simul & exclamaret, O tempora, ô mores hominum, qui te perfidia omniũ scelestorum usi decipere conati sunt: tuas Catilinas æternis notis inureret: te ueris simis ac iustissimis laudibus in cœlum efferret: daret tibi fasces: appellaret te imperatorem: decerneret in suo regno (hoc est, in foro) statuam: & si quid aliud esset, quod dari posset, adderet: Ac tandem peroraret, Gallos omnes noctes diesq; de salute tua & debere cogitare, & casus humanos, & incertos euentus ualetudinis, & naturæ cõmunis fragilitatem extimescere. Idémque grauiter doleret salutem Galliæ, in tua unius mortalis anima positam esse. Sed quid mortui hominis lamentabili oratione utor, cum similes non solius Galliæ, sed omnium eruditorum, qui ubiq; sunt, uoces exaudierim. At quis non exaudiuit luctum omnium, siue tuorum, siue alienorum, qui cum musis ullum habent commercium? cum siue hominum iniquitate, siue fato quodam acerbiorem casum subisses, quàm summa ista tua uirtus merebatur. Quis tum, cui sit aliquis sensus literarum, fuit, quin periculum commune omnium studiorum agi arbitraretur? Quis ex his non pro tua salute uota fecit? non post tuam reuersionem Musis litauit? non tacitus optauit omnia tibi prosperius euentura esse? non omnium dirarum obnunciationem

Regem heroibus & diis gentiliũ præfert, præcipuè propter literarum promotionẽ.

De literarum dignitate.

Adhuc de præstãtia regis incomparabili.

De indigna & omnibus bonis ac eruditis luctuosa captiuitate regis.

tionem imprecatus fuit eis, qui tibi istam offensionem struxissent? Quis porrò tam agrestis ac durus, tamq; uirtuti infestus, quibuscunq; ille fuerit in terris, modò tuam uirtutem cognitam habeat, non istam longè pluris æstimauit, quàm eorum omnium qui tibi cladem afferre conati essent? Quis autem tum non iudicauit te honestiùs decubuisse, & maiori cum dignitate cecidisse, quàm hostes usos siue simulatione religionis, siue proditione amicitiarum, siue omnium perfida machinatione seu stantes, seu potiùs iacentes, uirtutis insignia sine uirtute reportasse? Sed inuitus in isto fato meus literarum sermo uersatur, ut & singularem de te bonorum existimationem, & amicissimum eruditorum in te studium cognoscas, ut tecum reputes quas hominum admirationes excitabis, quæ nominis tui testimonia æterna à summis ingenijs consequêris, si quem te non modò armatum, uerùm etiam in afflicta fortuna, senserunt musas adiuuisse: iam eundem te potentissimis & maximis nationibus florentem, uideant non desistere eas benignè & studiosè colere, sed dignitatem ipsarum indies amplificare. Quæ tum tui nominis celebratio? quæ laudis posteritas? cum non in sola Parisiorum gymnasia, quod tamen ipsum & maximum est, & cum omni æternitate adæquandum, sed in omneis principes urbes, in omneis magistratus, in omnem nobilitatem, in ipsam denique plebem intelligent te literarum humanitatem sparsisse, ac disseminasse, istaq; tanta literarum usurpatione omnia excitasse, quæ infinitis seculis non iacebant, quod alicuius spei, sed funditus extinguebantur, quod desperationis erat, superiorum insciti a regum, quos, quãuis maximi animi ac uirtutis uiros, uix sciremus natos esse, non modò regnasse, nisi fortè exesa tabellionum scripta, uel rudes corporum statuæ nos admonuissent. Tui uerò animi effigiem nulla obscurabit posteritas, sed quò magis inueteraſcet, eò politiùs antiquo excellentium scriptorum artificio exprimetur, ac illustrabitur. Quare summe Rex (ut pro omnibus, quorum industria in scientia & cognitione consistit, loquar) & per omnium bonorum de te præclarum iudicium, & per posteritatem, quam immortalem ex literarum defensione habiturus es, oro, obtestorq; te, neu defatigeris in tuendis literarũ studijs: neu omittas perficere sæpe abs te deliberata, uerũ bellis interpellata: sed efficias, ut quem admodum cætera quæ constituis, exequi soles, sic disciplinarum negotium abs te iam propè †affectum, uerè & regiè conficias. At enim me tibi longè pluribus communem studiorum causam commendare cupientem, obtrectatores interpellant: quos iam serò admodũ cogito, huius meæ historiæ non fidem modò apud te eleuare (quod faciat quispiã me facilè pati posse, honestè uerò quomodo?) uerùm etiam funditus tollere, quod acerbissimè ferrem, conaturos esse. Quorum hominum iniquitatem ualde timerem, si eodem quo plerique reges ingenio affectus esses, qui cum de historia quippiam agitur, ad alios (quod ipsum miserabile uidetur) magna securitate reijciunt: Ac si quid admittunt, id ipsum quasi sortitione facta, non iudicio probant. At enim cum sis historiæ peritissimus, & prudens ingeniorum existimator, facilè patior apud ipsum te exoriri huiusmodi obtrectatores, præsertim cum ex Athenæo planè sciam non defuisse qui dixerint: A quo nam Proteo & Nereo, qui ex profundo emersissent, Aristoteles didicerit quid pisces agant? Eiusmodi enim scribit, ut imperitis miracula uideri queant. Veruntamen isto tuo iudicio præditus Alexander, non has obtrectationes tantum improbauit, sed inusitata liberalitate illius historiam prosecutus fuit. Neq; item tale quicquam ausi sunt reprehendere Eubolides, & Cephisodorus, quanquam contra Stagiritem uolumina conscripserunt. Neq; uel nobilissimi philosophi ab Aristotelis instituto dissentientes, huius historiam solertia animalium non solùm spoliarunt, sed ipsi quoq; seperatim certos libros de propria quadam bestiarum ratione, & quasi sermone, diligenter perscripserunt. Bene Vale.

Rursus de benignitate eius in literas.

Hortatio.

†effectum

De fide historiæ suæ.

IN AELIANI OPERA
INDEX.

TYPOGRAPHI AD LECTOREM.

VBicunq; duo numeri sunt, prior librum, posterior caput significat. Variæ historiæ libros V. litera numeris præfixa distinximus: ut librum de aciebus militaribus M. litera præfixa. Is liber cum singularis sit, numerus M. literam sequens caput tantùm indicat. ex eodem non solum Latina disciplinæ militaris uocabula, ut Robortellus uertit, sed Græca quoq; in Indicem referri uisum est operæpræcium. Ex cæteris libris (de animalibus & uariæ historiæ) res pleraſq; notatu dignas, animalium nomina naturasq;, nomina propria omnia, uirtutum ac uitiorum aliosq; locos communes diligenter annotauimus.

Abderita de fœtubus lib. 12.17.
abderitarum regio. lib. 15.25
abortus equæ causa 9.54
abortus ubi crebri 12.17
abrotonus Threſſa mater Themiſtoclis V. 12.43
de Abroteni herbæ facultatibus lib. 9.33
abſtinentia accipitris circa potum lib. 2.42
abſtinentia ciborũ noxiorum 8.9
abſtinentia à cibis noxijs 2.51
abſyrtus frater Medeæ 14.25
abydi ægyptiacæ incolæ, aſinum & tubam deteſtantur 10.28
abidi oues 3.32
academia locus peſtilens V. 9.10
in Academia non licebat ridere lib. V. 3.34
acantheus Iſthmus 13.20
acanthi ſeu ſpini auis natura. 10.32
accipiter pelagius & coruus inimici 6.45
accipiter Apollini & Latonæ ſacer 10.14
accipiter quur ab ægyptijs colatur: et plura de huius auis natura 10.14
accipiter indicaut ſacrilegũ 2.43
accipitres qui nothi eſſe intelligantur 2.43
accipitres quomodo pœnas mutent. genera eorum plura eſſe: quæ quibus dijs ſacra habeantur 12.4
accipitres tinnunculi & montani, quantopere ament fœminas. accipitres ſyluaticæ lactucæ ſucco oculis ſuis mederi. &c. Quomodo uere ex ægypto in quaſdam inſulas demigrent 2.43
accipitres in Aegypto ſacri Apollini, quomodo nutriantur 7.9
de Accipitribus, qui in ægypto coluntur 10.24
accipitris ingenium, quomodo thracum aucupia iuuet, quæ animalia inuadat: deq; eius religione in cadauer hominis, & circa potũ abſtinentia 2.42
accipitris Antiocho cognomen, aquilæ Pyrrho 7.45
accipitrum piſcium uolatus 9.52
achæmenes alumnus aquilæ 12.21
Achæus tragœdiarum author lib. lib. 7.47
achilles labore manuario gaudet lib. V. 8.5
achilles muſicus V. 14.23
achilles amicus patroclj 7.37
achilles à Chirone adiutus V. 12.25
achiui ſe dedunt Philippo V. 6.1
acies inſtructio 6.56
aciei conuerſio & reſtitutio M. 32
acies implexa M. 48
aclidæ, clari aruſpices 8.5
acenitum. Vide pardalianchum
ἀκονϑισὶς M. 17
actum agere 10.13
de Acu piſce, cui in partu uenter diſrumpitur 9.60
acus marinæ quomodo pariãt 15.16
adeps elephanti contra ferarum uenena. 1.37
admiratio & curioſitas cauſa mali 2.8
admonitio 8.16
adonidis piſcis natura, genus, & nomen 9.36
adonidis templum 12.23
adonidis Cinyre regis filij amor. pag. 9.36
adranus Siciliæ ciuitas, & in ea adrani dæmonis templum & canes lib. 11.20
adria 17.16
Adriani imperatoris honores diuini 11.20 in margine.
adrianus ciuitas. Vide adranus
adſtructio quid M. 31 M. 7
adulter in Sicilia proditus à canicula 7.25
adultery pœna 3.44
adultery pœna in Creta V. 12.12
adulterium 8.20. 3.42 11.15
adulterium arguitur ceraſtis. uide ceraſtes
adultero oculi eruendi V. 13.24
ædificando Cyrus ſenior, & Darius gloriam conſequuti: maiorem apes 1.59
ægeſtæi V. 2.33
æginenſe nomiſma V. 1.10
æginetæ Græcorum quondam primi V. 12.10
æginetis pollices præciſi V. 2.9
ægiſthus V. 2.11
ægiſthus duxit Clitẽneſtrã V. 4.26
ægium Achaiæ urbs. 5.29
ægium V. 1.15
ægrotus Socrates inuiſentibus dixit V. 2.36
ægypti temperies cœli 2.38
ægypti columbæ duodecies pariunt lib. V. 115
ægyptiæ capræ 3.33
ægyptij 2.6
ægyptij mures 15.26
ægyptij ridentur propter diuinum cultum animalium 12.5
ægyptij Pompeium magnum inſepultum proiecerunt. 12.6
ægyptij tormentorũ patientiſſ V. 7.18
ægyptij animantes earumq; partes ad naturam referunt 12.7
ægyptij ſyenitæ: & elephantinem incolentes 10.19
ægyptij cur accipitrẽ colũt 10.14

aegyptij colunt aspides, farinas eis apponunt, crepitu uocãt 17.5
aegyptiorũ iura unde profecta sint lib. V.14.34
aegyptiorum libri 10.29
aegyptiorum præfectura ab Hercule denominata 4.54
aegyptiorum religio 10.16
æneas de re militari multa perscripsit. M.1
æneæ pietas quæ fuerit V.3.22
æniarum regio V.4.1
ænos, Thraciæ urbs 5.6
æquabilitatis studiũ in Plat. V.2.42
æqualis æquale delectat puer. 1.46
æquinoctium utrunq; significat arietis cubitus 10.18
Aerope V.12.43
æschyli Eleusinij, poëtæ tragici mors lib. 7.16
æschines orator excellẽs V.8.12
æschylides de re rustica 16.32
æschylus 9.42
æschylus tragœdus damnatus ut euaserit V,5.19
æschylus in Sisypho 12.5
æschylus in Agamemnone & Diethyrcis 7.47
æsculapij passer V.5.17
æsculapij templi sacrilegus à cane proditur 7.13
æsculapio deorum humanissimo sacer serpens parias 8.12
æsculapius morborũ depulsor, Apollinis filius 10.49
æsculapius uti mulieri caput abscissum, restituerit 9.33
æsopi fabula de tyrannis V.10.5
ne Æsopũ quidem triuisti 16.5
ætatis teneræ animus flexilis, adultæ rigidus 3.40
Aethiopiæ aues unicornes, suésque quadricornes 17.10
æthiopici tauri 16.45
æthiopũ quorundã rex canis 7.40
æthra mater Thesei V.4.5
ætna aliquantulũ subsidit V.8.11
ætnæi pisces castitas 1.13
ætnes canes Vulcani 11.3
æxoneus Thrasyllus V.4.25
Affectibus caruit Socrates V.8.7.
africa nõ fert apros, nec ceruos 17.10
africa infestatur à basiliscis 3.31
asiorũ expeditio cõtra elephã. 6.56
Agamennon V.2.11
agaristam Clisthenis filiam ambit Smindyrides V.12.24
agatharchides de Psyllis 17.27
agatho tragicus poeta V.13.4
agatho à quibus amatus V.2.21
agathocles Siciliæ tyrannus calui-tio turpis V.11.4
agathocles Syracusanus 16.28
agesilaus V.14.27
agesilaus quid responderit Persarũ regi amicitiã ipsius ambiẽti V.10.20
agesilaus magnificus V.4.16
agesilaus equitauit arundine, idq; excusat lepidè V.12.15
agesilaus Lacedemo. patiẽs frigoris, neglecto cultu ꝑdibat V.7.13
aglais tubicen fœmina multisuora lib. V.1.26
aglaophon pictor 17.65
aglaophotis 14.24
aglaophotis terrestris herba noctu lucẽs 14.27 remedia ex ea ibid.
agmen, uel ordo 10.8
agmen murium recedentium 6.41
agni et hœdi prognosticon de tempestate 7.8
agnõ i. uiticẽ arborẽ aduersari seminib. et appetitionẽ uen. ꝑhi. 9.26
agnonis luxus V.9.3
agnos mox natos matrem agnoscere & amare 5.25
agnum ferens lupus 12.31
agnus agyp. biceps, et loquutus 12.3
agrigentini fl. V.2.33
agrigentinorũ luxus in ædificia et cibos à Platone ut taxatus V.12.29
agron rex Illyriorũ uinosus V.2.41
agrotera V.2.25
Aiax Locrus 15.24
aidoneus rex Molossorum V.4.5
aisopes 15.28
Alalcomeneis minerua V.12.57
alani ut pugnent M.39.
alaudæ fabula 16.5
alaudẽ, sinapis semẽ conficit 6.46
alauda suum nudum gramine tuetur aduersus fascinationes 1.35
albarum auium frequentia multam tempestatẽ portendunt 7.7
albæ colonia Roma 11.16
alcander occidit Lycurgum V.13.23
alcæus epicureꝰ Roma pulsus V.9.12
alcarini boues qui 12.11
alcedinis partus tranquillo mari et uentis sit 1.36
alcedinum in carulos maritos iam senes pietas 7.17
alcestu Peliæ filia 1.15
alcestis V.14.45
alcibiades V.4.15
alcibiades filius Cliniæ V.2.13
alcibiades Socratis amasius V.4.22
alci. duos nõ posset ferre At. V.11.7
alcibiades superbus V.4.16
alcibiades à Socrate quo pacto confirmatus V.2.9
alcibiadis fastus ob diuitias retunditur V.3.28
alcibiadis apophthegmata quædã & Chriæ V.14.38
alcibiadis præstantia formæ V.12.14
alcimus canis 11.13
alcinoe mulier formosa et adul. 8.20
alcithoe eius q; fabula V.3.42
alcman poeta uoraciss̃imus
alcmæon 1.24
alcmenæ obstetrix mustela 12.5
alcyony dies celebrantur cum pariunt alcedines 1.36
alcyonis nidificatio mirabilis 9.17
alea ludẽs interim Ptolemæus dãnabat ad mortem V.14.43
aleuæ pastoris thess. pulchritudo, et quomodo à dracone amatus sit 8.11
alexander Myndius 10.34.
alexander picturã apellis non prodigitate laudauit. V.2.3
alexander et Hephestion ut testati amicitiam V.11.7
alex. se deũ appellari uolebat V.2.19
ale. uicit Dar. et Dariũ cepit V.2.25
alexander in morbum cum incidisset, ridetur eius numen V.10.37
alexander maluit Achillis lyram, quam Paridis V.10.38
alexãder in eos, qui pauonẽ occidissent, graue pœnam cõstituit 5.21
alexander Pyrrhi filius 10.34
alexander filius Pyrrhi de re militari scripsit M.1
alexander Myndius 4.33
alexander Eurip. fabula V.2.8
alexãder deus 3. decimus V.4.11
alex. macedo cornua sibi à So. Scythici asini appertata admiratus, Pythio Delphico misit cũ carm. 10.40
alexãder insepultus iacuit V.12.64
alex. didicit citharã pulsare V.3.32.
alex. uirtuti quorũdã infen. V.12.16
alex. in India dracenẽ inuenit 15.21
alexander Macedo certamina in Indis edidit uaria V.2.41
alexandri Pheræorum tyrãni crudelitas V.14.40
alexandri fames V.12.37
alex. in Phocionẽ magnificen. V.1.25
alex. irã ut sedarit Aristot. V.12.54
alexandri ortus obitusq; qñ. V.2.25
alexandri ambitio V.4.
alexandri crapula V.3.23
alexandri suorumq; luxus V.9.3
alexãdri nuptiæ uicto Dario V.8.7
alex. pulchritudo et formaq; V.12.14
alex. luctus mortuo Hephæst. V.8.8
alexandri bucephalus 6.44

alexan-

alexandri mors V.12.64
alexandrina pugna, qua interemptus est Darius 6.25
alexandro qui suspecti V.14.48
alex.exhibitis Indici canis cōtra leonē spectaculis: et quemodo idē canis Indicoris munere sit delectatus 8.1
alexandrum philippi filium simiæ terruerunt 17.2
alexis author citatur V.10.6
alga marina noctu lucens 14.24
allij semen necat sturnum 6.46
alope mater alexandri V.12.42
alpheum flumen 5.17
alpheus fl. V.2.33
altiora petere, quàm deus & natura uoluit, periculosum 7.30
alysios herba singultū ameliturq. 9.31
Amasis Aegyptius potor V.2.41
amasis rex 17.6
amastria Ponti urbs 15.5
ambitio Alexandri V.4
ambitio Hipponici V.14.16
amerinæ flore atricapilla pdi. 6.46
amicitia et inimicitia diuersorum animalium 5.48
amici uindices & ultores amicorum, etiam à morte 4.45
amicitia Trochilorū et Croco. 12.15
amicitia delphinorum et auxilium mutuum erga suū genus 5.6
amicitia minorum sæpe necessaria maioribus 8.25
amicitia firma in periculis 3.46
amicitia ut seruetur V.4.24
amicitiæ et familiaritatis reli. 6.2
ami.antiquū in piculo nō desc.6.63
amicum quotidie faciebat Epaminondas V.14.38
amil.afer pœnā sacrile.subijt 10.49
amisodorus Lyciorum rex Chymeram aluit 9.23
amœbeus Citharœ.cōtinētiss. V3.30
amœbeus citharœdus 6.1
ammobates, nomē dipsadis 6.51
amometus quid dicat 17.6
amor adolescentis in capram 6.42
amor accipitrum in fœminas 2.43
amor anseris erga alterē suum Lacyden philosō. 7.41
amor anseris in puerū Amphilocū, & citharistriam Glaucen. 5.29
amor arietis in citharist. Glau. 5.29
amor arietis in citharist. Glau. 8.11
amor canū erga altores suos 7.10
amor canis in dominum 10.41
